2 τοῦ om AB. προελθών A. 6 Παθὼν οὖν — 11 πᾶσαν ἐδέξατο Dionis excerptum Vaticanum 75. 12 ὑπεδέξατο B. 13 καὶ μέλλων — 17 ἅπαντα ἔπραξαν Dionis excerptum Vaticanum 76. 17 προκατωρθώκει AC, προκατορθώκει PW. 19 αὐτῇ] αὐτῷ A. 20 alterum τὰ om A. 22 διὰ ταῦτα A. ἐπεφύσατο B.

non subesse dictatori. quo Hannibal animadverso, eum ad pugnam elicuit per speciem eius loci occupandi; et undique per insidias circumventum in discrimen adduxit totius amittendi exercitus, nisi Fabius hostem a tergo adortus obstitisset.

Hac plaga accepta Rufus mutavit animum, et relliquiis exercitus statim ad Fabium adductis imperium una, non exspectatis populi suffragiis, ultro ei tradidit, quod solus ex magistris equitum acceperat. quo nomine ab omnibus est laudatus. idque Fabius statim citra ullam dubitationem universum recepit, approbante populo. deinde milites cautissime duxit, et magistratu abiturus consules tradito exercitu candidissime de omnibus rebus monuit: qui confidenter nihil, sed ex Fabii consiliis omnia administrarunt, quamvis Geminus rem bene gesserat. nam cum classem Carthaginiensium tendere in Italiam, sed ob Romanorum instructionem non appellere vidisset, inter navigandum Corsicam et Sardiniam firmavit, et exscensu in Africa facto ex ora maritima praedas egit. quae

πρὸς τὸν Ἀννίβαν διακινδυνεῦσαι, ἀλλὰ ταῖς ἐντολαῖς τοῦ Φαβίου ἐνέμεινεν. ὅθεν περ καὶ αἱ πόλεις οὐκέθ᾽ ὁμοίως τοῖς Καρχηδονίοις προσετίθεντο. ἐφοβοῦντο γὰρ μὴ ὁ Ἀννίβας τῆς Ἰταλίας ἐκπέσῃ, καὶ κακόν τι αὐτοὶ ὑπὸ Ῥωμαίων ἅτε προσοίκων πάθωσι. καὶ οἱ μὲν πλείους τὸ ἀποβησόμενον ἐσκόπουν, ὀλίγοι δὲ πρὸς τοὺς Ῥωμαίους αὖθις μετέστησαν. καὶ ἀναθήματά τινες αὐτοῖς C ἔπεμψαν. καὶ τοῦ Ἱέρωνος πολλὰ πεπομφότος, σῖτον καὶ Νίκης ἄγαλμα οἱ Ῥωμαῖοι μόνα ἔλαβον, καίπερ ἐν ἀχρηματίᾳ ὄντες, ὥστε τὸ ἀργυροῦν νόμισμα, ἀμιγὲς καὶ καθαρὸν γινόμενον πρότερον, χαλκῷ προσμῖξαι.

LIBER NONUS.

1. Ταῦτα ἐν τῇ Ἰταλίᾳ τότε ἐπράχθη· καί τινες δοῦλοι συνωμοσίαν ἐπὶ τῇ Ῥώμῃ πεποιηκότες προκατελήφθησαν· κατάσκοπός τέ τις ἁλοὺς ἐν αὐτῇ τὰς χεῖρας ἀπεκόπη καὶ ἀφείθη, ἵνα τοῖς Καρχηδονίοις γένηται τοῦ πάθους αὐτάγγελος. ἐν δὲ τῇ Ἰβηρίᾳ ναυμαχίᾳ πρὸς τῇ τοῦ Ἴβηρος ἐκβολῇ ὁ Σκιπίων ἐνίκησεν· D ἰσοπαλῶς γὰρ ἀγωνιζομένων τὰ ἱστία τῶν νεῶν ὑπετέμετο, ὅπως W II 78 ἀπογνόντες προθυμότερον ἀγωνίσωνται. καὶ τήν τε χώραν ἐπόρθησε

13 ἀνεκόπη A. 17 ἐπόρθησαν A.

Fontes. *Cap.* 1. *Dionis Historiae Romanae libri deperditi: exc. Vaticanum* 77 *p.* 195. *cf. excerptum Planudeum* 54 *p.* 544.

cum egisset, non tamen elatus fuit, ut temere Hannibalem aggrederetur, sed Fabii mandatis paruit. unde urbes non tam facile ut prius ad Carthaginienses defecerunt, metuentes ne Hannibale Italia pulso a Romanis finitimis male tractarentur. ac plerique futura considerabant, sed pauci ad Romanorum societatem redibant: quidam etiam donaria miserunt. ex multis autem Hieronis muneribus frumentum duntaxat et Victoriae signum acceperunt, quanquam adeo pecuniae inopes, ut argenteum nummum, prius impermistum et purum, aere admisto adulterarent.

1. Haec tum in Italia acta sunt: ac Romae servilis coniuratio mature oppressa. explorator quidam in urbe deprehensus amputatis manibus dimissus est, ut ipse Carthaginiensibus suae cladis nuntius esset. in Hispania Scipio navali praelio ad Iberi ostia vicit: nam cum pugna principio anceps esset, vela navium resecuit, quo alacrius sui, fuga desperata, dimicarent. nec agros duntaxat vastavit, sed etiam multa loca

καὶ τείχη συχνὰ ἐχειρώσατο καὶ διὰ τοῦ ἀδελφοῦ Πουπλίου Σκιπίωνος πόλεις τῶν Ἰβήρων προσεκτήσατο. Ἄβελος γάρ τις Ἴβηρ, δοκῶν μὲν τοῖς Καρχηδονίοις πιστός, τὰ τῶν Ῥωμαίων δὲ θεραπεύων, ἀνέπεισε τὸν φρουροῦντα τοὺς τῶν Ἰβήρων ὁμήρους οἴκαδε αὐτοὺς ἀποπέμψαι, ἵν' ἐς εὔνοιαν τάχα ὑπ' αὐτῶν αἱ πόλεις ὑπαχθῶσι· καὶ παραλαβὼν σφᾶς ἅτε καὶ τῆς ἐπινοίας εἰσηγητὴς
P I 417 γεγονώς, πρὸς τοὺς Σκιπίωνάς τε πρότερον πέμψας καὶ κοινολογησάμενος περὶ ὧν ἠξίου, εἶτα νυκτὸς ὑπεκκομίζων αὐτοὺς ἑάλω δῆθεν. καὶ οὕτως ἐκείνων τε ἐγκρατεῖς ἐγένοντο οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ τὰς πατρίδας αὐτῶν ἀνακομισθέντων οἴκαδε κατεκτήσαντο.

Ἐν μὲν οὖν τούτοις εὐτύχουν, συμφορᾷ δ' αὖ περιέπεσον ἧς οὔτε πρόσθεν οὔθ' ὕστερον δεινοτέρᾳ οὐδεμιᾷ. προηγήσατο δὲ ταύτης καί τινα τέρατα καὶ τὰ τῆς Σιβύλλης λόγια, ἥτις πρὸ τοσούτων ἐτῶν τὴν συμφορὰν αὐτοῖς ἐμαντεύσατο. θαυμαστὸν δὲ καὶ τὸ τοῦ Μάρκου προμάντευμα· χρησμολόγος γάρ τις καὶ
B οὗτος γενόμενος ἐν τῷ Διομηδείῳ πεδίῳ πταίσειν αὐτοὺς ἅτε καὶ Τρῶας τὸ ἀρχαῖον ὄντας ἐφοίβασε. τοῦτο δ' ἐν Ἀπουλίᾳ τῇ Δαυνίων ἐστί, καὶ τὸ ὄνομα ἀπὸ τῆς τοῦ Διομήδους κατοικήσεως, ἣν ἐκεῖ ἀλητεύσας ἐποιήσατο, ἔσχηκεν. ἐν γὰρ τῷ πεδίῳ ἐκείνῳ καὶ αἱ Κάνναι, ἔνθα τότε ἐδυστύχησαν, παρά τε τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ καὶ περὶ τὰς τοῦ Αὐφιδίου ἐκβολάς, εἰσίν. ἡ δὲ Σίβυλλα φυλάττεσθαι μὲν τὸ χωρίον παρῄνεσεν, οὐ μέντοι καὶ πλεῖόν τι γενήσεσθαι ἔφη οὐδ' εἰ διὰ πάσης αὐτὸ ποιήσαιντο φυλακῆς.

1 καὶ τὰ τείχη A. 7 τε A, τὸ PW. 8 ἔπειτα A. 9 ἐγίνοντο A. 11 συμφορᾷ δ' αὖ περιέπεσον] σφοδρᾷ δ' αὖ περιέπεσον συμφορᾷ A. 14 ἐτῶν] χρόνων A. αὐτῆς A. 15 potius Μαρκίου. 18 διομήδου A. 21 περὶ] παρὰ AB.

munita subegit, et per fratrem P. Scipionem urbes Hispanicas Romano imperio adiecit. Abelus enim quidam Hispanus, cum Carthaginiensibus fidus esse crederetur, re vera Romanis favens, persuasit ei qui obsides Hispanorum custodiebat, ut eos domum abire sineret, quo facilius civitates ad benevolentiam adducerentur. quos cum, ut illius consilii auctor, legatis prius ad Scipionem missis et communicatis iis quae volebat, noctu abduceret, captus est scilicet. Romani iis domum remissis, patrias eorum in deditionem acceperunt.

Quae cum feliciter succederent, in eam cladem inciderunt, qua nec ante nec post graviorem senserunt. eaque prodigiis praesignificata est et Sibyllinis oraculis tot ante aetatibus praedicta. mirabilis fuit et Marci vatis divinatio, qui eos, quippe a prima stirpe Troianos, in campo Diomedaeo cladem accepturos praedixit. is vero in Apulia Dauniorum est, nomen ab habitatione Diomedis sortitus, cum illic oberraret. in eo enim campo Cannae sunt, ubi caesi fuerunt, iuxta sinum Ionium et Aufidi ostia. Sibylla autem monuit ut eum locum caverent, neque tamen quicquam cautione vel diligentissima profecturos adiecit.

Τοιαῦτα μὲν οὖν ἦσαν τὰ χρησμοδοτήματα, τὰ δὲ τοῖς Ῥωμαίοις συμβάντα οὕτως ἐγένετο. ἦρχον μὲν Παῦλος Αἰμίλιος καὶ Τερέντιος Οὐάρρων, ἄνδρες οὐχ ὁμοιότροποι· ὁ μὲν γὰρ εὐ- C πατρίδης ἦν καὶ παιδείᾳ κεκόσμητο καὶ τὸ ἀσφαλὲς προετίμα τοῦ προπετοῦς, Τερέντιος δὲ ἐν τῷ ὁμίλῳ ἐτέθραπτο καὶ ἐν βαναυσικῇ θρασύτητι ἤσκητο καὶ τἆλλά τε ἐξεφρόνει καὶ τὴν ἡγεμονίαν μόνος ἔχειν ἡγεῖτο διὰ τὴν τοῦ συνάρχοντος ἐπιείκειαν. ἦλθον οὖν ἄμφω εἰς τὸ στρατόπεδον εὐκαιρότατα· οὔτε γὰρ τροφὴ ἔτι ἦν τῷ Ἀννίβᾳ, καὶ τὰ τῶν Ἰβήρων κεκίνητο, τά τε τῶν συμμάχων αὐτοῦ ἠλλοτριοῦτο· καὶ εἴ γε καὶ τὸ βραχύτατον ἐπισχήκεισαν, ἀπόνως ἐκράτησαν ἄν. νῦν δέ γε τοῦ Τερεντίου τὸ ἀπερίοπτον καὶ τὸ τοῦ Παύλου ἐπιεικὲς ἥττησεν αὐτούς. ὁ γὰρ Ἀννίβας ἐπεχείρησε μὲν καὶ παραχρῆμα πρὸς μάχην αὐτοὺς ὑπαγαγέσθαι, καὶ σὺν ὀλίγοις D προσπελάσας αὐτῶν τῷ ἐρύματι, ἐπεὶ ἐκδρομὴ ἐγένετο, ἑκὼν ὑπεχώρησεν, ὅπως δεδιέναι νομισθεὶς ἐπισπάσαιτο μᾶλλον αὐτοὺς εἰς παράταξιν· τοῦ δὲ Παύλου τοῖς οἰκείοις στρατιώταις ἐπισχόντος τὴν δίωξιν ὁ Ἀννίβας προσεποιήσατο φοβεῖσθαι, καὶ τῆς νυκτὸς ἀνασκευασάμενος ὡς ἀπιὼν σκεύη τε συχνὰ κατέλιπεν ἐν τῷ χαρακώματι καὶ τὰ λοιπὰ ἀμελέστερον κομίζεσθαι ἐνετείλατο, ἵνα τῶν Ῥωμαίων ἐφ᾽ ἁρπαγὴν αὐτῶν τραπομένων ἐπίθηται σφίσι. καὶ εἰς ἔργον ἂν τὸ βούλευμα ἤγαγεν, εἰ μὴ ὁ Παῦλος καὶ ἄκοντας κατεσχήκει τοὺς στρατιώτας καὶ τὸν Τερέντιον.

1 χρησμωδήματα AB. 2 ἦρχον μὲν — 12 ἥττησεν αὐτούς Dionis excerptum Vaticanum 77. 3 οὐάρων AB. 5 ἐτέθραπτο Dionis exc., ἐτέτραπτο PW. 8 ἔτι om C. 10 ἐπεσχήκασιν A. 14 προσελάσας B. 18 συχνὰ] χρυσᾶ B.

Ac talia fuerunt oracula: res autem ita gesta est. legionibus praeerant Paulus Aemilius et Terentius Varro, viri dissimilibus ingeniis. nam alter patricius erat doctrina ornatus, tutasque rationes audaciae praeponebat: Terentius vero inter plebeios educatus et importunae audaciae assuetus tum aliis de rebus perperam sentiebat, tum se solum habere imperium ob collegae moderationem opinabatur. ambo autem perquam in tempore in castra venerunt. neque enim commeatum habebat Hannibal, et res Hispanicae turbatae erant, et socii ab eo alienabantur. quod si perpusillum morati essent, citra laborem vicissent. nunc Terentii temeritas et Pauli moderatio causae cladis exstiterunt. nam Hannibal statim eos ad pugnam elicere studens cum paucis munitionem aggressus est, factaque excursione sponte recessit, ut timore simulato facilius eos in praelium attraheret. cumque Paulus suos milites ab hoste persequendo revocasset, timore simulato, vasis noctu collectis tanquam abiturus multa in vallo reliquit caeteraque negligentius portari iussit, ut Romanos in rapinam intentos aggrederetur. atque id omnino accidisset, nisi Paulus milites et Terentium vel invitos cohibuisset.

Ὁ οὖν Ἀννίβας καὶ τούτου διαμαρτὼν νυκτὸς πρὸς τὰς P I 418 Κάννας ἀφίκετο. καὶ γνοὺς τὸ χωρίον καὶ πρὸς ἐνέδρας καὶ πρὸς παράταξιν ἐπιτήδειον, ἐστρατοπεδεύσατο. καὶ προήροσε πάντα τὸν τόπον ὑπόψαμμον ὄντα, ἵνα κονιορτὸς ἐν τῇ μάχῃ ἀρθῇ· τὸν γὰρ ἄνεμον, ὃς ἐν θέρει ἐκεῖσε περὶ τὴν μεσημβρίαν εἰώθει γίνεσθαι, κατὰ νώτου ἔχειν ἐμηχανήσατο. οἱ δ' ὕπατοι ἕωθεν W II 79 κενὸν ἀνδρῶν ἰδόντες αὐτοῦ τὸ χαράκωμα, πρῶτον μὲν ἐπέσχον, ἐνεδρεύεσθαι δόξαντες, εἶτα μεθ' ἡμέρας πρὸς τὰς Κάννας ἀφίκοντο. καὶ παρὰ τῷ ποταμῷ ἑκάτερος ἰδίᾳ ηὐλίσατο· οὐκ ὄντες γὰρ ὁμοήθεις τὴν πρὸς ἀλλήλους συνουσίαν ἐξέκλινον. καὶ ὁ μὲν Παῦλος ἡσύχαζεν, ὁ δέ γε Τερέντιος ἤθελε συμβαλεῖν· ἀμβλυτέρους δὲ τοὺς στρατιώτας ὁρῶν ἀνεκόπτετο. ὁ δὲ Ἀννίβας καὶ ἄκοντας αὐτοὺς εἰς μάχην παρακινῶν τῆς τε ὑδρείας εἶργε καὶ B ἀποσκεδάννυσθαι σφᾶς ἐκώλυε καὶ τὰ σώματα τῶν φονευομένων ἄνω πρὸ τῶν ταφρευμάτων ἐνέβαλλεν, ὅπως σφίσι τὸ ποτὸν δυσχεραίνηται. κἀντεῦθεν καὶ οἱ Ῥωμαῖοι πρὸς παράταξιν ὥρμησαν. τοῦτο δὲ προγνοὺς ὁ Ἀννίβας λόχους μὲν ὑπὸ τοὺς ὄχθους ἐκάθισε, τὴν δὲ λοιπὴν στρατιὰν συνέταξε, καί τινας ψευδαυτομολῆσαι ὅταν σημήνῃ ἐκέλευσε, τὰς μὲν ἀσπίδας καὶ τὰ δόρατα καὶ τὰ μείζω τῶν ξιφῶν ἀπορρίψαντας, τὰ δ' ἐγχειρίδια φέροντας κρύφα, ἵνα δεξαμένων αὐτοὺς τῶν ἀντικαθεστηκότων ὡς ἀόπλους, ἐπίθωνται αὐτοῖς ἀπροσδοκήτως.

Οἱ δὲ δὴ Ῥωμαῖοι ἰδόντες πρωΐθεν τοὺς περὶ τὸν Ἀννίβαν

11 ἡσύχαζεν AC, ἡσύχασεν PW. 12 δ' C. 20 κρύφα φέροντας AB. 23 τὸν om B.

Hannibal etiam hoc consilio frustratus noctu ad Cannas venit, cognitoque loci situ et ad parandas insidias et ad praelium committendum idoneo, castra ibi posuit; atque omnem eum agrum subarenosum aratro proscidit, ut in pugna pulvis tolleretur, id machinatus ut ventum, qui ibi sub meridiem flare consuevit, a tergo haberet. consules cum mane castra viris vacua vidissent, primum se represserunt, insidias veriti: post ad Cannas venerunt, iuxta flumen uterque seorsim castrametatus. ob morum enim diversitatem alter alterius consuetudinem declinabat. Paulo quiescente Terentius confligere voluit: nec tamen fecit, cum milites parum esse alacres vidisset. at Hannibal vel invitos ad pugnam eliciens aquatione prohibebat nec palari sinebat, et cadavera caesorum supra in profluentem ante vallum eorum proiiciebat, ut a potu abhorrerent. his rebus Romani concitati aciem instruxerunt. quo Hannibal praecognito, insidiis sub tumulis collocatis et reliquo exercitu ordinato, nonnullos signo dato clipeis hastis et ensibus gravioribus abiectis solisque pugionibus retentis transfugere iussit, qui ab adversariis pro inermibus accepti eos ex improviso aggrederentur.

Romani cum Hannibalis exercitum mane in procinctu stare vide-

παρατεταγμένους ὡπλίζοντό τε καὶ παρετάσσοντο. καὶ οἱ σαλ-
πιγκταὶ ἀμφοτέρους ἐξώτρυναν, καὶ τὰ σημεῖα ἤρθη, καὶ συμπε- C
σόντες πολυτρόπως ἠγωνίσαντο. καὶ μέχρι τῆς μεσημβρίας
οὐδετέροις τὸ κράτος ἀπονενέμητο· ἐπεὶ δὲ τὸ πνεῦμα ἐπῆλθε,
καὶ οἱ ψευδαυτόμολοι δεχθέντες ὡς ὅπλων γυμνοὶ ὄπισθεν τῶν
Ῥωμαίων ἐγένοντο, ἵνα μὴ σφίσιν ἐπιτιθῶσι δῆθεν οἱ Καρχη-
δόνιοι, τότε καὶ οἱ λόχοι ἑκατέρωθεν ἐπανέστησαν, καὶ ὁ Ἀννί-
βας κατὰ πρόσωπον σὺν τοῖς ἱππεῦσι προσέμιξε, καὶ οἵ τε πολέ-
μιοι τοὺς Ῥωμαίους πανταχόθεν ἐθορύβουν, καὶ ὁ ἄνεμος ὅ
τε κονιορτὸς ἐς τὰς ὄψεις αὐτῶν βιαίως ἐμπίπτων ἐτάραττε καὶ
τὸ ἆσθμα γινόμενον συνεχὲς ἐκ τοῦ καμάτου ἀπέφραττεν, ὥστ' D
ἀπεστερημένοι μὲν τῆς ὄψεως, ἀπεστερημένοι δὲ καὶ φωνῆς, φύρ-
δην καὶ ἐν οὐδενὶ κόσμῳ ἐφθείροντο. καὶ τοσοῦτον ἔπεσε πλῆθος
ὥστε τὸν Ἀννίβαν τῶν μὲν ἐκ τοῦ ὁμίλου μηδὲ πειραθῆναι ἐξευρεῖν
ἀριθμόν, περὶ δὲ τῶν ἱππέων καὶ τῶν ἐκ τῆς βουλῆς ἀριθμὸν μὲν
μὴ γράψαι τοῖς οἴκοι Καρχηδονίοις, διὰ δὲ τῶν δακτυλίων ἐνδεί-
ξασθαι τοῦτον· χοίνιξι γὰρ σφᾶς ἀπομετρήσας ἀπέστειλε. μόνοι
γὰρ οἱ βουλευταὶ καὶ οἱ ἱππεῖς δακτυλίοις ἐκέχρηντο. συχνοὶ δ'
οὖν ὅμως καὶ τότε διέφυγον καὶ ὁ Τερέντιος· ὁ γὰρ Παῦλος ἀπέ-
θανεν. ὁ δ' Ἀννίβας οὐκ ἐπεδίωξεν οὐδ' εἰς τὴν Ῥώμην ἠπείχθη. P I 419
δυνάμενος γὰρ ἢ παντὶ τῷ στρατεύματι ἢ καὶ μέρει τούτου πρὸς
τὴν Ῥώμην παραυτίκα ὁρμῆσαι καὶ ταχέως διαπολεμῆσαι, οὐκ
ἐποίησε τοῦτο, καίτοι τοῦ Μαάρβου συναινοῦντος τοῦτο ποιῆσαι.

1 παρετάττοντο A. 6 ἐπιτεθῶσι AB. 15 περὶ δὲ τῶν ἱππέων — 18 δακτυλίοις ἐκέχρηντο aliis verbis in exc. Planud. 54, Scriptorum veter. novae coll. ab A. Maio editae Vol. 2 p. 544. μὲν om AB. 20 ἀπήχθη A. 22 ταχέως om C.

rent, armis captis et ipsi instruebantur. classicis igitur utrinque canentibus collatisque signis varie et usque meridiem ancipiti Marte pugnaverunt. ut autem ventus est exortus, et ficticii transfugae pro inermibus accepti post Romanos steterunt, ne scilicet a Carthaginiensibus opprimerentur, tunc qui in insidiis erant utrinque consurrexerunt, et Hannibal a fronte impetum fecit cum equitibus, et undique ab hostibus Romani premebantur, nec minus ventus et pulvis in facies eorum violenter incidentes eos turbabant, crebrumque ex fatigatione anhelitum impediebant, ut et visu et voce privati promiscue nulloque ordine caederentur. tanta igitur multitudo cecidit, ut Hannibal vulgi inire numerum ne tentarit quidem, equitum autem et senatorum numerum ad senatum Carthaginiensem non scripserit, sed per modios anulorum demonstrarit. soli enim senatores et equites anulis utebantur. multi tamen cum Terentio tum quoque evaserunt, sed Paulus occubuit. at Hannibal fugientes non persecutus est, neque Romam properavit. nam cum vel totum exercitum vel partem eius e vestigio Romam perducere atque continuo debellare potuisset, non tamen fecit, quamvis suadente Maharbale. quare probro

διὸ καὶ αἰτίαν ἔσχεν ὡς νικᾶν μὲν δυνάμενος, χρῆσθαι δὲ ταῖς νίκαις οὐκ ἐπιστάμενος. ἐπεὶ δὲ τότε ἠμέλλησαν, οὐκέτι οὐδ' αὖθις ἠπείχθησαν. διὸ καὶ ὁ Ἀννίβας ὡς ἁμαρτὼν μετεμέλετο, συνεχῶς ἀναβοῶν "ὦ Κάνναι Κάνναι."

2. Οἱ δὲ δὴ Ῥωμαῖοι παραβραχὺ κινδυνεύσαντες ἀπολέσθαι, ἀντεπεκράτησαν διὰ τοῦ Σκιπίωνος· ὃς υἱὸς μὲν ἦν τοῦ
B Πουπλίου τοῦ ἐν τῇ Ἰβηρίᾳ, καὶ τὸν πατέρα ὅτε ἐτρώθη περιέσωσε, τότε δὲ στρατευόμενος εἰς τὸ Κανύσιον ἔφυγε, καὶ ὕστερον εὐδοκίμησε. παρ' ἑκόντων γὰρ τῶν συμφυγόντων εἰς τὸ Κανύσιον τὴν ἡγεμονίαν λαβὼν τά τε ἐκεῖ κατεστήσατο καὶ τοῖς πλησιοχώροις φρουρὰς ἔπεμψε καὶ πάντα καλῶς ἐβούλευσέ τε καὶ ἔπραξεν.

Οἱ δ' ἐν τῇ Ῥώμῃ τὴν ἧτταν μὲν ἤκουσαν, οὐ μὴν καὶ ἐπίστευον. πιστεύσαντες δ' ἐπένθουν καὶ συνιόντες εἰς τὸ συνέδριον μή τι πράσσοντες ἀπηλλάσσοντο. ὀψὲ δ' οὖν ὁ Φάβιος γνώμην ἔδωκε, κατασκόπους πέμψαι τοὺς ἀγγελοῦντας τὸ γεγονὸς
C W I 80 καὶ τί ὁ Ἀννίβας πράττει, αὐτοὺς δὲ μὴ κλαίειν, σιγῇ δὲ βαδίζειν, ἵν' ἐν καιρῷ τὰ προσήκοντα γίνοιτο, δύναμίν τε συλλέξαι ὅσην ἂν δύναιντο καὶ τοὺς περιοίκους ἐπικαλέσασθαι. μετὰ δὲ ταῦτα ὡς τὸν Ἀννίβαν ἐν τῇ Ἀπουλίᾳ εἶναι ἔμαθον, καὶ γράμματα παρὰ τοῦ Τερεντίου ἐδέξαντο ὅτι περιείη καὶ ὅσα πράττοι, μικρὸν ἀνε-

1 ἔσχηκεν A. 2 ἐμέλησαν A. 7 ποπλίου C. 14 δὲ B. 15 πράττοντες ἀπηλλάττοντο B. ὀψὲ γοῦν A. 20 εἶναι] ὄντα A.

FONTES. *Cap. 2. Dionis Historiae Romanae libri deperditi: excerpta Peiresciana* 50 54.

ei datum est quod vincere posset sed uti victoria nesciat. rem sane tam neglectam postea nunquam resarcire potuerunt. et Hannibalem cessationis ita paenituit, ut continenter exclamaret "o Cannae, Cannae."

2. Romani autem, excidio proximi, victoriam per Scipionem recuperarunt P. Scipionis in Hispania bellum gerentis filium, qui patrem vulneratum defenderat. tum vero miles Canusium fugit, adeptusque gloriam, ab iis qui eodem se receperant imperium ultro delatum accepit, et rebus ibi constitutis praesidia misit finitimis, in rebus et deliberandis et gerendis dexter.

Qui Romae erant cladem audiverunt sed non crediderunt: cum credidissent, luxerunt; et in curia congressi rebus infectis recedebant: donec tandem Fabius dixit, exploratores esse mittendos qui et rem gestam et quid ageret Hannibal nuntiarent, ipsis vero non plorandum esse sed pedetentim procedendum ut ea quae facto essent opus tempestive gererentur, et copias quantae possint maximae conscribendas esse et finitimorum opem implorandam. posthaec cum Hannibalem in Apulia esse cognovissent, et a Terentio litteras accepissent de salute et actis eius,

θάρσησαν. καὶ δικτάτωρ μὲν Μάρκος Ἰούνιος, ἵππαρχος δὲ Τιβέριος Σεμπρώνιος Γράκχος ἐλέχθησαν. καὶ παραχρῆμα τῶν τε πολιτῶν οὐ τοὺς ἡβῶντας μόνον ἀλλὰ καὶ παρηβηκότας ἤδη κατέλεξαν, καὶ δεσμώτας ἐπ' ἀδείᾳ καὶ δούλους ἐπ' ἐλευθερίᾳ D ληστάς τέ τινας προσελάβοντο, καὶ τοὺς συμμάχους προσπαρεκάλουν ἀναμιμνήσκοντες εἴ τί που εὐηργέτηντο καὶ προσυπισχνούμενοι δώσειν τοῖς μὲν σῖτον τοῖς δὲ ἀργύρια, ὅπερ οὔπω πρόσθεν ἐποίησαν· καὶ ἐς τὴν Ἑλλάδα πεπόμφασιν ἢ πείσοντές τινας συμμαχῆσαι αὐτοῖς ἢ μισθωσόμενοι.

Ἀννίβας δὲ συνεστηκέναι τοὺς Ῥωμαίους καὶ παρασκευάζεσθαι μαθὼν ἐν ταῖς Κάνναις διέτριβε, τὴν ἐξ ἐπιδρομῆς ἅλωσιν ἀπεγνωκώς· καὶ τῶν αἰχμαλώτων τὸ μὲν συμμαχικὸν ἄνευ λύτρων ἀφῆκεν, ὡς καὶ πρότερον, τοὺς δὲ Ῥωμαίους ἐτήρει, ἀποδόσθαι P I 420 ἐλπίζων αὐτούς, ἵν' ἑαυτὸν εὐπορώτερον ἐντεῦθεν ποιήσῃ, τοὺς δὲ Ῥωμαίους ἀπορωτέρους. ἐπεὶ δὲ μηδεὶς ἐξ αὐτῶν ἀφίκετο τοὺς αἰχμαλώτους ζητῶν, ἐκέλευσεν αὐτοῖς πέμψαι τινὰς οἴκαδε ἐπὶ λύτρα, προομόσαντας ἐπανήξειν. ὡς δὲ οὐδ' οὕτω λύσασθαι σφᾶς ἠθέλησαν, τοὺς μὲν λόγου τινὸς ἀξίους ἐς τὴν Καρχηδόνα ἀπέστειλε, τῶν δ' ἄλλων τοὺς μὲν αἰκισάμενος ἀπέκτεινε, τοὺς δὲ μονομαχῆσαι ἠνάγκασε, τοὺς φίλους καὶ τοὺς συγγενεῖς ἀλλήλοις συμβαλών. οἱ δὲ πεμφθέντες ἐπὶ τὰ λύτρα, ἐπανελθόντες, ἵν' εὐορκήσωσι, φυγόντες δὲ μετὰ τοῦτο, ἄτιμοι ὑπὸ τῶν τιμητῶν ἐγένοντο, καὶ ἑαυτοὺς κατεχρήσαντο. B

2 σεμπρώνιος C. 6 προϋπισχνούμενοι A. 21 ἐμβαλών A. ἐπανιόντες B. 23 κατεχρήσαντο ABC, διεχρήσαντο PW.

nonnihil receptis animis dictatorem Marcum Iunium, Tiberium Sempronium Gracchum magistrum equitum dixerunt. et e vestigio non iuvenes duntaxat sed etiam effetos senes conscripserunt, et carcere aperto maleficis impunitate, servis libertate promissa, etiam latrones aliquot in militum catalogos rettulerunt. ad haec socios arcessiverunt, beneficiorum quae accepissent admonitos, aliis frumentum aliis argentum polliciti, quod prius facere non soliti erant; et in Graeciam miserunt, auxilia vel impetraturi vel mercede conducturi.

Hannibal Romanorum conspiratione et apparatu cognito in Cannis se tenuit, desperata repentina urbis expugnatione; et foederatos ut prius etiam gratis dimisit, Romanos vero spe venditionis asservavit, ut ea re suas opes augeret, Romanorum imminueret. sed cum nemo veniret qui captivos requireret, eos aliquot domum mittere iussit afferendae pecuniae causa, prius iureiurando adactos, se rediturus esse. sed cum eos ne tum quidem redimere vellent, eos qui nominis alicuius erant Carthaginem misit: caeteros partim excruciatos necavit, partim inter sese dimicare coëgit, amicis et cognatis inter se commissis. qui vero petendae pecuniae causa missi fuerant, reversi, ut iureiurando satisfecisse viderentur, et post fuga elapsi, a censoribus notati semetipsos peremerunt.

Μαγῶνα δὲ τὸν ἀδελφὸν ὁ Ἀννίβας ἀγγελοῦντα τοῖς Καρχηδονίοις ἔπεμψε τὰ γενόμενα, καὶ χρήματα παρ' αὐτῶν καὶ δυνάμεις αἰτήσοντα. καὶ ὁ μὲν ἀπελθὼν τούς τε δακτυλίους ἠρίθμησε καὶ ἐπὶ μεῖζον ἐξῆρε δὴ τὸ κατόρθωμα, καὶ ἐψηφίσθη πάντα ὅσα ᾐτήσατο (τῷ γὰρ Ἄννωνι τἀναντία λέγοντι καὶ καταλύσασθαι τὸν πόλεμον ἕως καθυπέρτεροι δοκοῦσι συμβουλεύοντι οὐκ ἐπείσθησαν), οὐ μέντοι τὰ ψηφισθέντα καὶ εἰς ἔργον ἤγαγον, ἀλλ' ἠμέλλησαν. Ἀννίβας δ' ἐν τούτῳ εἰς τὴν Καμπανίαν προὐχώρησε, καὶ πόλισμά τι εἷλε Σαυνιτικόν, καὶ ἐπὶ Νέαν ὥρμησε πόλιν, προπέμψας μετὰ τῆς λείας ὀλίγους τινάς. πρὸς οὓς ὡς C μόνους ὄντας τῶν τῆς πόλεως ἐκδραμόντων ἐπεφάνη αὐτὸς ἀπροσδόκητος καὶ συχνοὺς ἀπέκτεινε, τὴν δὲ πόλιν οὐχ εἷλεν. οὔτ' ἐπὶ πολὺ ταύτῃ προσήδρευσεν. οἱ γὰρ τὴν Καπύην οἰκοῦντες Καμπανοὶ οἱ μὲν τῇ Ῥωμαίων φιλίᾳ ἐνέμειναν, οἱ δὲ πρὸς τὸν Ἀννίβαν ἀπέκλιναν. ἐπεὶ δ' ἐν ταῖς Κάνναις εὐτύχησε, καί τινες ἄνδρες αὐτῶν ἁλόντες ἀφείθησαν, τὸ μὲν πλῆθος ὥρμησε μεταστῆναι πρὸς τὸν Ἀννίβαν, οἱ δὲ δυνατοὶ χρόνον μέν τινα ἐπέσχον, εἶτ' ἐπ' αὐτοὺς τὸ πλῆθος ὁρμῆσαν συνηγμένους ἐν τῷ βουλευτηρίῳ D πάντας ἂν κατεχρήσατο, εἰ μή τις ἐκ τοῦ πλήθους τὸ μέγεθος συνιδὼν τοῦ κακοῦ κατηγόρησε μὲν τῶν βουλευτῶν ὡς πάντως φθαρῆναι ἀξίων, ἔφη δὲ πρότερον ἄλλους ἀντ' ἐκείνων ἀνθελέσθαι προσήκειν· τὴν γὰρ πόλιν μὴ δύνασθαι, μὴ προβουλευόντων τινῶν, σώζεσθαι. πεισθέντων δὲ τῶν ἐν τῇ Καπύῃ ἐκβάλλων ἕνα

2 γενόμενα AB, γινόμενα PW. 8 ἠμέλλησαν C, ἠμέλησαν PW, ἐμέλησαν AB. 11 ἐφάνη A. 19 κατεχρήσαντο A.

Hannibal fratre Magone Carthaginem res gestas nuntiatum misso et ad pecuniam militesque petendos, cum is exaggerasset omnia, et anulos annumerasset, decreverunt omnia quae petierat. Hannoni enim belli deponendi et dum superiores essent faciendae pacis auctori non auscultarunt. non tamen decreta exsecuti sunt sed neglexerunt. interim Hannibal in Campaniam processit, et oppido quodam Samnitico capto Neapolim contendit, paucis cum praeda praemissis. contra quos oppidani ut solos excursione facta, improviso illius adventu caesi sunt magna ex parte: urbem tamen non cepit. neque obsidioni illius diu immoratus est. nam urbis Capuae incolae Campani cum partim Romanorum amicitiam colerent, partim Hannibali studerent, postquam is in Cannis victor aliquot eorum cives captos dimiserat, multitudo ad eum deficere voluit, optimates autem aliquamdiu distulerunt: deinde cum in curia convenissent, impetu populi omnes occisi essent, nisi quidam ex plebe, considerata mali magnitudine, senatores ut exitio dignos accusasset, sed prius alios eis surrogandos esse dixisset, quod urbs sine consilio salva esse non posset. cui cum Campani obtemperassent, singulis e curia eiiciendis multitudinem

ἕκαστον ἐκ τοῦ συνεδρίου ἠρώτα τὸ πλῆθος ὅντινα αὐτοῦ ἀνθαι- W II 81 ρεῖται· καὶ οὕτω, μὴ δυνηθέντων αὐτῶν ἑτέρους δι᾽ ὀλίγου ἀνθελέσθαι, πάντας ἐκείνους ὡς ἀναγκαίους ἀφῆκε. καὶ καταλλαγέντες ἀλλήλοις ἐσπείσαντο τῷ Ἀννίβᾳ. καὶ ὃς διὰ ταχέων ἀπαναστὰς ἐκ τῆς Νεαπόλεως ἦλθεν εἰς τὴν Καπύην, καὶ διαλεχθεὶς αὐτοῖς ἄλλα τε πολλὰ εἶπεν ἐπαγωγά, καὶ τὴν ἡγεμονίαν σφίσι P I 421 τῆς Ἰταλίας δώσειν ὑπίσχετο, ἵν᾽ ἐν ἐλπίσι γενόμενοι ὡς καὶ ἑαυτοῖς πονήσοντες προθυμότερον ἀγωνίσωνται.

Μεταστάσης δὲ τῆς Καπύης καὶ ἡ ἄλλη Καμπανία κεκίνητο· καὶ οἱ Ῥωμαῖοι τὴν ἀπόστασιν αὐτῆς μαθόντες ἤχθοντο. ὅ γε μὴν Ἀννίβας ἐπὶ Νουκερίνους ἐστράτευσεν. οἱ δὲ πολιορκούμενοι τὴν ἄχρηστον σφῶν ἡλικίαν ἀπορίᾳ τροφῶν ἐξεώσαντο· οὓς ὁ Ἀννίβας οὐ προσήκατο, ἀλλὰ καὶ εἰς τὴν πόλιν ἀπιοῦσι μόνον ἀσφάλειαν ἔδωκε. διὸ καὶ οἱ λοιποὶ μεθ᾽ ἑνὸς ἱματίου ἐκχωρῆσαι τοῦ ἄστεος ὡμολόγησαν. ἐπεὶ δ᾽ ἐγκρατὴς αὐτῶν ἐγένετο, τοὺς μὲν βουλευτὰς ἐς βαλανεῖα κατακλείσας ἀπέπνιξε, τοῖς δ᾽ B ἄλλοις ἀπελθεῖν εἰπὼν ὅπη βούλοιντο, πολλοὺς ἐν τῇ ὁδῷ κἀκείνων ἐφόνευσε. συχνοὶ δ᾽ οὖν αὐτῶν καὶ περιεγένοντο εἰς ὕλας προκαταφυγόντες. ἐκ τούτου δὲ οἱ λοιποὶ φοβηθέντες οὐ συνέβαινον ἔτι αὐτῷ, ἀλλ᾽ ἀντεῖχον ἕως ἠδύναντο. καὶ οἱ Νωλανοὶ βουλευόμενοι προσχωρῆσαι αὐτῷ, ἐπεὶ τὸ εἰς ἐκείνους εἶδον πραχθέν, ἐπηγάγοντο λάθρα τὸν Μάρκελλον, καὶ τὸν Ἀννίβαν προσβαλόντα

4 ἀπαναστὰς A et, ut videtur, C: PW ἐπαναστάς. 8 πονήσοντες ABC, πονήσαντες PW. 14 διὸ καὶ οἱ — 20 ἕως ἠδύναντο Dionis excerptum Peiresciannm 50. 17 ὅποι Dionis exc. 19 καταφυγόντες A.

rogabat quosnam illorum loco crearent; et cum exiguo tempore alios sufficere non possent, omnes illos ut necessarios dimiserunt. et inter se reconciliati pacem cum Hannibale fecerunt. qui celeriter relicta Neapoli Capuam venit, et pro contione post multa alia grata auribus, Italiae principatum eis promisit, ut spe erecti se pro semetipsis laborare alacrius pugnarent.

Post Capuae defectionem etiam reliqua Campania in motu fuit: cuius defectionem Romani aegre ferebant. Hannibal autem Nucerinos oppugnavit. qui cum obsiderentur, inutilem aetatem ob cibariorum penuriam expulerunt. quos Hannibal non recepit, neque alio quam in urbem redeundi potestatem dedit. quamobrem caeteri quoque cum una veste se urbe excessuros pepigerunt. at ille urbe potitus senatores in balneis inclusos suffocavit: reliquos cum discedere quo vellent iussisset, multos in itinere interfecit. sed tamen eorum multi in silvas profugi evaserunt. ea crudelitate caeteri territi non amplius eius fidei se permiserunt, sed resistebant dum poterant. Nolanique de facienda deditione consultantes, illo facinore viso Marcellum clam arcessiverunt, Hannibale

τῇ πόλει μετὰ ταῦτα ἀπώσαντο. ἀποκρουσθεὶς δὲ τῆς Νώλης Ἀκερανοὺς εἷλε λιμῷ ἐπὶ ταῖς αὐταῖς τοῖς Νουκερίνοις συνθήκαις,
C καὶ τὰ αὐτὰ εἰργάσατο καὶ αὐτούς. εἶτα καὶ ἐπὶ Βασιλίνας ἐστράτευσεν, ἐν ᾧ Ῥωμαῖοί τε καὶ συμμάχων ὡσεὶ χίλιοι συγκατέφυγον. οἳ τοὺς μὲν ἐπιχωρίους προδοῦναι σφᾶς μελετήσαντας ἀπέκτειναν, καὶ τὸν Ἀννίβαν πολλάκις ἀπώσαντο, καὶ πρὸς λιμὸν γενναίως διεκαρτέρησαν· ἐπιλιπούσης δὲ τῆς τροφῆς αὐτούς, ἐπ' ἀσκοῦ τινα διὰ τοῦ ποταμοῦ πρὸς τὸν δικτάτορα ἔπεμψαν· ὁ δὲ πίθους ἀλεύρων πλήρεις νυκτὸς ἐνέβαλλεν εἰς τὸν ποταμόν, ἐντειλάμενος αὐτοῖς παρατηρεῖν ἐν τῷ σκότει τὸ ῥεῦμα. καὶ χρόνον μέν τινα ἐλάνθανεν οὕτως τὰς τροφὰς αὐτοῖς χορηγῶν, ἔπειτα πίθου τινὸς
D προσραγέντος ποι καὶ συντριβέντος ἔγνων οἱ Καρχηδόνιοι τὸ γινόμενον, καὶ ἁλύσεσι τὸν ποταμὸν διειλήφασιν. ὡς δὲ τῷ λιμῷ καὶ τοῖς τραύμασι συχνοὶ διεφθάρησαν, τὸ ἕτερον μέρος τῆς πόλεως ἐξέλιπον κἀν τῷ λοιπῷ διεκαρτέρουν, τὴν γέφυραν διακόψαντες. εἶτα σπέρμα γογγυλίδος ἀπὸ τοῦ τείχους εἴς τι χωρίον ἔξωθεν αὐτοῦ κατέβαλον. ἐποίησαν δὲ τοῦτο ἵνα καταπλήξωσι τοὺς πολεμίους ὡς καὶ ἐπὶ πολὺ αὐταρκέσοντες. ὅθεν ὁ Ἀννίβας ἄφθονον αὐτοὺς ἔχειν τὴν τροφὴν οἰηθεὶς καὶ ἐπὶ τῇ καρτερίᾳ θαυμάσας εἰς ὁμολογίαν προεκαλέσατο, καὶ χρημάτων ἀπέδοτο σφᾶς. ἐλύσαντο γὰρ αὐτοὺς οἱ ἔξω Ῥωμαῖοι ἀσμένως, ἀλλὰ μὴν καὶ ἐτίμησαν.

1 τῇ πόλει μετὰ ταῦτα AB, μετὰ ταῦτα τῇ πόλει PW. 2 Ἀκερανοὺς — 3 καὶ αὐτούς Dionis excerptum Peirescianum 54. Ἀκεράνους PW. νουκεράνοις C. 3 εἶτα post Βασιλίνας B. 5 μὲν om A. 7 ἐπιλειπούσης A. τῆς om C. 9 νυκτὸς post ποταμὸν A. ἐνέβαλεν AC. 11 τὰς add AB. 14 ἐφθάρησαν C, ἀπώλοντο A. τῆς πόλεως μέρος A. 18 καὶ om A. ἀνταρκέσοντες A, αὐταρκέσοντας PW. 19 τὴν om A.

ab urbis oppugnatione repulso. inde digressus Acerranos fame domuit, iisdem quibus Nucerinos condicionibus, eodemque tractavit modo. deinde Basilinas est aggressus, quo Romani eorumque socii circiter mille confugerant; qui civibus proditionem molientibus occisis, Hannibaleque saepe profligato, famem quoque fortiter tolerarunt. cum autem commeatus defecisset, quendam in utre ad dictatorem miserunt; qui noctu dolia farina plena in flumen coniecta eos in tenebris observare iussit. hoc modo clam eos ad tempus aluit: sed tandem uno dolio ex allisione confracto Carthaginienses re animadversa catenis fluvium munierunt. ut autem fame et vulneribus multi perierunt, altera urbis parte deserta et ponte interrupto, in altera obsidionem tolerarunt. postea semen raporum in quendam locum extra murum abiecerunt, ut hostes eos diu habituros crederent unde viverent. qua eadem opinione deceptus Hannibal, eorumque fortitudinem admiratus, eos ad pactionem provocatos pecunia vendidit. quos Romani non modo cupide redemerunt, sed etiam honorarunt.

3. Ἐν ᾧ δὲ ταῦτα ἐγένετο, καὶ ἐκ Δελφῶν οἱ πεμφθέντες
ἀνεκομίσθησαν, λέγοντες τὴν Πυθίαν χρῆσαι αὐτοῖς παύσασθαι P I 422
τῆς ῥᾳθυμίας καὶ τῷ πολέμῳ προσέχειν. ἐντεῦθεν ἀνερρώσθησαν·
καὶ κατέλαβον τὸν Ἀννίβαν καὶ οἱ παρεστρατοπεδεύσαντο, ὅπως
τὰ πραττόμενα παρ' αὐτοῦ παρατηρῶσι. καὶ ὅ γε Ἰούνιος ὁ
δικτάτωρ τὰ τοῖς Καρχηδονίοις παραγγελλόμενα καὶ τοὺς Ῥωμαίους
ποιεῖν ὁμοίως ἐκέλευε. καὶ σῖτα καὶ ὕπνον ἐν τῷ αὐτῷ καιρῷ
ᾑροῦντο, καὶ τὰς φυλακὰς ὁμοίως ἐπισκόπουν, καὶ τἄλλα ἐπίσης
ἔπραττον. καταμαθὼν οὖν τοῦτο ὁ Ἀννίβας χειμέριον ἐτήρησε
νύκτα, καὶ τοῖς μὲν τῶν στρατιωτῶν ἐπέξοδον ἀφ' ἑσπέρας ἀνεῖπε, W II 82
τοῦ δὲ Ἰουνίου τὸ αὐτὸ ποιήσαντος ἐκ διαδοχῆς ἄλλοτε ἄλλους
αὐτῷ προσβάλλειν ἐκέλευσεν, ἵν' ἐν συνεχεῖ πόνῳ ἐκ τῆς ἀγρυπνίας
καὶ τοῦ χειμῶνος εἴησαν· αὐτὸς δὲ μετὰ τῶν λοιπῶν ἀνεπαύετο. B
ἐπεὶ δ' ἡμέρα ἐπιλάμψειν ἔμελλε, τὸ στράτευμά τε δῆθεν ἀνεκαλέσατο καὶ τῶν Ῥωμαίων τὰ ὅπλα ἀποθεμένων καὶ πρὸς ἀνάπαυλαν τραπομένων ἐπῆλθεν αὐτοῖς ἄφνω καὶ συχνοὺς ἀπέκτεινε καὶ τὸ τάφρευμα ἐκλειφθὲν εἷλε.

Τὰ δ' ἐν τῇ Σικελίᾳ καὶ τῇ Σαρδοῖ ἐκινεῖτο, οὐ μέντοι καὶ ἐπιστροφῆς τινος παρὰ τῶν Ῥωμαίων ἔτυχον. ὕπατοι δὲ ὅ τε Γράκχος ὁ ἵππαρχος καὶ Ποστούμιος Ἀλβῖνος ᾑρέθησαν. καὶ ὁ μὲν Ἀλβῖνος μετὰ παντὸς τοῦ στρατοῦ ὑπὸ τῶν Βοουΐων ἐφθάρη, δι' ὄρους ὑλώδους πορευόμενος καὶ ἐνεδρευθείς· οὗ τὴν κεφαλὴν

6 τὰ om A. 7 ἐκέλευε — 8 ὁμοίως om C. 9 οὖν om C. ὁ add A. 12 αὐτῷ om AC. 16 τρεπομένων A.

Fontes. *Cap. 3. Dionis Historiae Romanae libri deperditi.*

3. Dum haec geruntur, legati Delphis reversi nuntiant, iubere Pythiam ut repudiata ignavia bello sint intenti. ex eo confirmati atque assecuti Hannibalem, iuxta eum castra posuerunt, ut quid ageret observarent. ac Iunius dictator, quae Carthaginienses facere iubebantur, eadem suos et ipse observare atque facere iubebat. itaque et cibum et somnum eodem tempore capiebant, excubias eodem modo visebant, caeteraque ex aequo faciebant. quo Hannibal cognito, tempestuosa nocte captata, parti militum a vespera profectionem denuntiat. Iunio id imitato, per vices alios atque alios impetum in Romanos facere iussit, ut continenter vigiliis et tempestate fatigarentur: ipse cum reliquis quievit. cum lucesceret, exercitu revocato Romanos, qui armis positis ad quietem se conferebant, subito aggressus multos occidit, et vallum ab eis desertum cepit.

Sardinia et Sicilia quamvis in motu essent, a Romanis non curabantur. consules creati sunt Gracchus magister equitum et Postumius Albinus. quorum hic cum omni exercitu a Boiis caesus est, in transitu silvosi montis insidiis exceptus; cuius capite barbari excavato, auroque

ἀποτεμόντες οἱ βάρβαροι καὶ ἐκκαθάραντες καὶ περιχρυσώσαντες
C πρὸς τὰ ἱερὰ αὐτῶν ἀντὶ φιάλης ἐκέχρηντο. γεγόνασι δὲ τότε τέρατα· βοῦς τε γὰρ ἵππον ἔτεκε καὶ ἐν θαλάσσῃ ἐξέλαμψε πῦρ. οἱ δ' ὕπατοι Γράκχος καὶ Φάβιος στρατοπεδευσάμενοι τόν τε Ἀννίβαν ἐν Καπύῃ ὄντα ἐπετήρουν ὅ τι πράσσει, καὶ διεπέμποντο ἑκασταχόσε, τοῖς τε συμμάχοις ἐπήμυνον, καὶ τοὺς ἀφεστηκότας οἰκειοῦσθαι ἐπειρῶντο, τά τε τῶν ἀνθισταμένων ἐκάκουν. ὁ δ' Ἀννίβας ἕως μὲν τῆς τροφῆς ἐνδεῶς ηὐπόρει καὶ διακινδυνεύων, σωφρόνως μετὰ τοῦ στρατοῦ διῆγεν, ὡς δὲ τὴν Καπύην ἔλαβον καὶ πολλοῖς ἐπιτηδείοις ἐν ῥᾳστώνῃ διεχείμασαν, τήν τε ἰσχὺν τῶν
D σωμάτων μὴ πονούμενοι καὶ τὴν ῥώμην τῆς γνώμης ὑπὸ τῆς εὐθυμίας ἠλαττώθησαν, καὶ τὴν πάτριον ἀμείψαντες δίαιταν μετέμαθον ἡττᾶσθαι μαχόμενοι. ἐπεὶ δὲ ὁ πόλεμος ἤδη ἐπέκειτο, ἐς ὄρη μετέστη καὶ ἐγύμναζε τὸ στράτευμα. οἱ δ' οὐχ οἷοί τε δι' ὀλίγου ῥωσθῆναι γεγόνασι. βοηθείας δὲ αὐτῷ οἴκοθεν ἄλλης τε καὶ ἐλεφάντων ἐλθούσης ἀνεθάρσησε. καὶ ἐπὶ τὴν Νῶλαν ὡς αἱρήσων αὐτὴν ἢ τόν γε Μάρκελλον τὴν Σαυνῖτιδα πορθοῦντα ταύτης ἀπάξων ὥρμησεν. ὡς δ' οὐδὲν ἐπέραινε, τῆς μὲν πόλεως ἀπέστη, τὴν δὲ χώραν ἔκειρε, μέχρις οὗ μάχῃ κατὰ τὸ ἰσχυρὸν ἡττήθη, ἐφ' ᾧ καὶ ἤλγησε. πολλοὶ μὲν γὰρ Ἴβηρες, πολλοὶ δὲ καὶ τῶν Λιβύων ἐγκατέλιπον αὐτὸν καὶ πρὸς τοὺς Ῥωμαίους
P I 423 ηὐτομόλησαν, ὃ οὔπω πρώην ἔπαθε. καταγνοὺς δ' ἐκ τούτου

2 φυάλλης A. 3 τέτοκε A. 5 ἐτήρουν A. 8 ηὐπόρει ἐνδέως C. 11 μὴ πονουμένην καὶ τὴν γνώμην τῆς ῥώμης ὑπὸ A. 13 εἰς B. 14 οἱ δ'] οἳ A. 18 ἐπέρανε A. 19 ἔκειρεν ἕως οὗ A. 22 πρώην ABC, πρὶν PW.

inducto, pro phiala in sacris usi sunt. prodigia tum fuerunt: nam bos equum peperit, et flamma e mari emicuit. consules Gracchus et Fabius, quid Hannibal Capuae ageret observantes, quolibet legatos mittebant, sociis opem ferebant, eos qui defecerant reconciliare conabantur, et resistentium agros populabantur. Hannibal vero dum commeatu eoque armis parto non abundabat, modeste cum exercitu vivebat: ut vero Capua occupata in magna rerum affluentia otiosi hibernarunt, et vires corporum desidia et robur animorum deliciis sunt imminuta, mutatoque victu patrio in praeliis vinci didicerunt. bello iam instante in montes transiit et milites exercuit: sed cum exiguo tempore firmari non possent, elephantis aliisque militibus domo advectis animum recepit. Nolamque oppugnavit, ut vel urbem caperet vel Marcellum a Samnii vastatione revocaret. cum nihil proficeret, urbe relicta agros vastavit: donec iusto praelio vi superatus, ex Hispanorum et Afrorum crebra ad Romanos defectione (quod ei prius nunquam acciderat) magnum dolorem cepit: et sibi ipsi ac mili-

καὶ ἑαυτοῦ καὶ τῶν στρατιωτῶν, πᾶσαν τὴν γῆν ἐκείνην ἐξέλιπε καὶ εἰς τὴν Καπύην ἀνεχώρησεν· εἶτα κἀκεῖθεν μετέστη.

Οἱ δὲ Σκιπίωνες τόν τε Ἴβηρα ποταμὸν διέβησαν καὶ τὴν χώραν ἐπόρθουν καὶ πόλεις προσήγοντο καὶ τὸν Ἀσδρούβαν διὰ ταῦτα σπουδῇ ἐπελθόντα μάχῃ ἐνίκησαν. οἱ Καρχηδόνιοι δὲ ταῦτα μαθόντες, καὶ νομίσαντες πλείονος τὸν Ἀσδρούβαν ἢ τὸν Ἀννίβαν δεῖσθαι βοηθείας, καὶ φοβηθέντες μὴ καὶ ἐς τὴν Λιβύην οἱ Σκιπίωνες διαβῆναι ἐπιχειρήσωσι, τῷ μὲν Ἀννίβᾳ βραχεῖαν δύναμιν ἔπεμψαν, τὴν πλείστην δὲ μετὰ τοῦ Μαγῶνος εἰς τὴν Ἰβηρίαν τάχιστα ἀπεστάλκασι, κελεύσαντες μετὰ τὴν τῆς Ἰβηρίας B κατάστασιν τὸν μὲν ἐπὶ τῇ τῶν ἐκεῖ φυλακῇ καταμεῖναι, τὸν δὲ Ἀσδρούβαν ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν σὺν δυνάμει σταλῆναι. ὃ γνόντες οἱ Σκιπίωνες οὐκέτ' ἐμαχέσαντο, ἵνα μὴ κρατήσας ἴσως ὁ Ἀσδρούβας εἰς τὴν Ἰταλίαν ἐπειχθῇ. ὡς δὲ τὸ τῶν Ῥωμαίων φίλιον ἐκάκουν οἱ Καρχηδόνιοι, Πούπλιος μὲν ὁμόσε τοῖς προσπεσοῦσιν αὐτῷ τῶν ἐναντίων ἐχώρησέ τε καὶ ἐπεκράτησε, Γναῖος δὲ τοὺς ἀποχωροῦντας σφῶν ἐκ τῆς μάχης ὑπολαβὼν προσδιέφθειρεν. ἐκ δὲ τῆς συμφορᾶς ταύτης, καὶ ἔτι καὶ πόλεις συχναὶ πρὸς τοὺς Ῥωμαίους μεθίσταντο καὶ τῶν Λιβύων τινὲς αὐτοῖς προσεχώρη- W II 83 σαν, πλέον ἢ διενοεῖτο ὁ Ἀσδρούβας κατέμεινεν. οἱ δὲ Σκιπίωνες C εἰς τὴν Ἰταλίαν εὐθὺς τοὺς προσχωρήσαντας ἔστειλαν, αὐτοὶ δὲ τὰ ἐν τῇ Ἰβηρίᾳ καθίστων, καὶ τοὺς τῶν Ζακυνθίων ὑπηκόους

2 ἐς BC. 4 προσηγάγοντο A. 7 καὶ alterum om A. 8 ἐπιχειρήσωσι A, ἐπιχειρήσουσι PW. 9 τοῦ add AB. 11 τὸν δὲ] καὶ τὸν A. 16 ἐκκράτησε A. 21 τοὺς om B.

tibus diffisus, omni illa provincia relicta Capuam rediit, atque inde etiam post discessit.

At Scipionibus Ibero amne iam superato agros vastantibus et urbes capientibus, etiam Hasdrubale qui ad ea prohibenda festinanter accurrerat acie victo, Carthaginienses maioribus auxiliis Hasdrubali quam Hannibali opus esse rati, et ne Scipiones in Africam traiicerent veriti, Hannibali parvis supplementis missis maximam copiarum partem cum Magone quam celerrime in Hispaniam ablegarunt, iubentes ut rebus illic constitutis ipse in praesidiis esset, Hasdrubal autem cum exercitu in Italiam proficisceretur. quo cognito Scipiones pugna abstinuerunt, ne forte victor Hasdrubal in Italiam properaret. cum autem socii Romanorum a Carthaginiensibus vexarentur, Publius cum hostibus congressus vicit: Gnaeus e pugna abeuntes exceptos occidit. ob eam cladem et frequentem urbium defectionem, etiam Afris aliquot ad Romanos transeuntibus, Hasdrubal opinione sua diutius mansit. Scipiones iis qui ad se defecerant statim in Italiam missis res Hispanicas constituebant; et Saguntinorum subditis et belli et calamitatis illius auctoribus captis op-

τοὺς καὶ τοῦ πολέμου καὶ τῆς συμφορᾶς αἰτίους αὐτοῖς γενομένους ἑλόντες τό τε πόλισμα κατέσκαψαν καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἐπώλησαν καὶ τὴν Ζάκυνθον μετὰ τοῦτο κομισάμενοι τοῖς ἀρχαίοις πολίταις ἀπέδοσαν. τοσαύτῃ τε ἀκριβείᾳ περὶ τὴν λείαν ἐχρήσαντο, ὡς μηδὲν οἴκοι πέμψαι· τοῖς μὲν γὰρ συστρατευομένοις ἐπέτρεπον τοῦτο ποιεῖν, αὐτοὶ δὲ ἀστραγάλους τοῖς τέκνοις ἔπεμψαν. ὅθεν ἡ γερουσία, παραιτουμένου τοῦ Γναίου ἵν' ἀπελθὼν οἴκαδε προῖκα D τῇ θυγατρὶ ἐρανίσῃ ὡραίᾳ οὔσῃ ἀνδρός, ἐψηφίσαντο ἐκ τοῦ δημοσίου προῖκα δοθῆναι αὐτῇ.

4. Ἐν δὲ τῷ αὐτῷ καιρῷ καὶ ἡ Σικελία καὶ ἡ Σαρδὼ ἄντικρυς ἐπολεμώθησαν. καὶ τὰ μὲν ἐν ταύταις δι' ὀλίγου κατέστη, καὶ ὁ Ἀσδρούβας ἐπικουρῶν αὐταῖς ἑάλω, καὶ τὴν νῆσον μικροῦ πᾶσαν ἀνεκτήσατο Μάλλιος Τουρκουάτος. καὶ τότε μὲν τὰ ἐν τῇ Σικελίᾳ ἡσύχασε, μετὰ δὲ ταῦτα ἐταράχθη. ὁ δὲ τῆς Μακεδονίας βασιλεὺς Φίλιππος φανερώτατος τῶν Καρχηδονίων ἐγένετο σπουδαστής. τῆς γὰρ Ἑλλάδος προσεπάρξαι θέλων συνθήκας πρὸς τὸν Ἀννίβαν ἔθετο ὥστε κοινῇ πολεμῆσαι, καὶ τὴν μὲν Ἰταλίαν τοὺς Καρχηδονίους λαβεῖν, τὴν δ' Ἑλλάδα καὶ τὴν Ἤπειρον μετὰ τῶν νήσων ἐκεῖνον. ἡ μὲν οὖν ὁμολογία ἐπὶ τούP I 424 τοις ἐγένετο, τοῦ δὲ κήρυκος τοῦ ὑπὸ τοῦ Φιλίππου πεμφθέντος πρὸς τὸν Ἀννίβαν ἁλόντος ἔμαθον οἱ Ῥωμαῖοι τὸ γινόμενον, καὶ παραχρῆμα στρατηγὸν ἐπ' αὐτὸν Μάρκον Οὐαλλέριον Λαουΐνιον

1 αὐτοῖς om A. 5 συστρατευομένοις AB, στρατευομένοις PW. 9 αὐτῇ A, αὐτῷ PW. 13 Μάλιος PW. τορκουάτος B. 18 μὲν om A. 20 δὲ post κήρυκος A. τοῦ tertium om B. 22 ἐπ'] μετ' C. οὐαλλέριον B, Οὐαλέριον PW. Λαουΐνιον] Laevinum, ut p. 110 v. 18.

Fontes. *Cap. 4. Dionis Historiae Romanae libri deperditi.*

pidum everterunt, homines vendiderunt, ac Saguntum veteribus civibus reddiderunt. circa manubias tam accurati fuerant, ut plus militibus quam sibi concedentes, nihil ex iis domum mitterent nisi liberis suis talos. itaque Gnaeo veniam domum eundi petente ut filiae nubili dotem colligeret, senatus dotem puellae ex publico decrevit.

4. Eodem tempore Sardinia et Sicilia plane alienatae, facile sub iugum reductae sunt, Hasdrubale qui opem eis ferebat capto, totaque paene Sicilia per Manlium Torquatum subacta. neque tamen insulae res diu tranquillae manserunt. Philippus autem Macedoniae rex apertissime Carthaginiensium amicitiam coluit. nam cum Graeciae imperare cuperet, foedus cum Hannibale percussit, ut communibus opibus bellum gerentes, Carthaginienses Italiam haberent, ipse vero Graeciam Epirum et insulas. hac pactione Romani cognita (interceperant enim Philippi caduceatorem ad Hannibalem euntem) statim Marcum Valerium Laevinum praetorem

ἔστειλαν, ὅπως περὶ τοῖς οἴκοι δείσας κατὰ χώραν μείνῃ. καὶ ἔσχεν οὕτως· προῆλθε μὲν γὰρ μέχρι τῆς Κερκύρας ὁ Φίλιππος ὡς ἐς τὴν Ἰταλίαν πλευσούμενος, μαθὼν δὲ τὸν Λαουΐνιον ἐς τὸ Βρεντέσιον ἤδη παρόντα οἴκαδε ἀνεκομίσθη. τοῦ Λαουϊνίου δὲ μέχρι τῆς Κερκύρας πλεύσαντος, εἰς τοὺς τῶν Ῥωμαίων συμμάχους ὥρμησε, καὶ εἷλεν Ὤρικον, Ἀπολλωνίαν τ' ἐπολιόρκει. ἐπιστρατεύσας δ' αὖθις αὐτῷ Λαουΐνιος καὶ Ὤρικον ἀνεκτήσατο καὶ τὴν Ἀπολλωνίαν ἐρρύσατο. κἀντεῦθεν ὁ Φίλιππος τὰς ναῦς αἷς B ἐκέχρητο καταπρήσας πεζῇ ἐπ' οἴκου ἀνεχώρησεν.

Οἱ δ' ἐν τῇ Ῥώμῃ ὑπάτους εἵλοντο τὸν Φάβιον καὶ τὸν Μάρκελλον. οἳ τὸν μὲν Ἀννίβαν τὴν νῦν καλουμένην Καλαβρίαν καὶ τὰ περὶ αὐτὴν περιπορευόμενον τῷ Γράκχῳ τῷ πρὸ αὐτῶν ἄρξαντι ἐπέταξαν· καὶ ὃς Ἄννωνα περὶ Βενεβεντὸν ἀπαντήσαντά οἱ ἐκ Βρεττίων ἐτρέψατο, κἀντεῦθεν προϊὼν τόν τε Ἀννίβαν παρεφύλαττε καὶ τὰ τῶν ἀφεστηκότων ἐπόρθει, πόλεις τέ τινας ἀνεσώσατο· αὐτοὶ δὲ οἱ ὕπατοι πρὸς τὴν Καμπανίαν ἐτράποντο, ἵν' αὐτὴν χειρωσάμενοι μηδὲν κατόπιν πολέμιον ὑπολίπωσιν, οὕτω C τε ἐπὶ τὸν Ἀννίβαν χωρήσωσιν. εἶτα διαιρεθέντες Φάβιος μὲν τά τε ἐκείνων τά τε τοῦ Σαυνίου κατέτρεχε, Μάρκελλος δὲ εἰς τὴν Σικελίαν ἐπεραιώθη καὶ τὰς Συρακούσας ἐπολιόρκει, προσχωρησάσας μὲν αὐτῷ, εἶτ' ἀποστάσας δόλῳ τινῶν ὑπὸ ψευδοῦς ἀγγελίας. καὶ δι' ἐλαχίστου ἂν αὐτὰς ἐχειρώσατο καὶ κατὰ γῆν

3 πλευσόμενος A. 6 εἷλε Νώρικον PW. 7 νώρικον PW. 9 ἐκέχρητο AB, ἐκέχρηντο PW. 11 νῦν om A. cf. p. 128 v. 15. καλαβρίαν καλουμένην AB. 13 ἄρχον A. 15 παρεφυλάσσετο A. ἀφεστηκότων AC, ἐφεστηκότων PW.

contra eum miserunt, ut suo regno timens domi maneret. itaque factum est: nam Corcyram usque progressus, ut in Italiam navigaret, cum Laevinum Brundusium venisse didicisset, domum rediit. Laevino autem Corcyram usque progresso, impetu in socios Romanorum facto Oricum cepit et Apolloniam obsedit. sed Laevinus ductis adversus eum copiis et Oricum recepit et Apolloniam liberavit. unde Philippus navibus, quibus usus fuerat, incensis pedes domum rediit.

Romae consules creati Fabius et Marcellus bellum adversus Hannibalem, Calabriam quae nunc dicitur et finitima loca circumeuntem, Graccho decessori suo mandarunt. is Hannone, qui e Bruttiis circa Beneventum occurrerat, profligato, ulterius progressus Hannibalem observabat; eorumque qui defecerant agris vastatis urbes nonnullas recepit. ipsi vero consules in Campaniam se converterunt, ut ea subacta nihil a tergo hostile habentes ita demum Hannibalem aggrederentur. postea divisi, Fabius Campaniam et Samnium vastavit, Marcellus in Siciliam profectus Syracusas obsedit. quae cum deditionem fecissent, dolo cuiusdam propter falsum nuntium denuo defecerunt. atque iis, terra marique moe-

καὶ κατὰ θάλασσαν ἅμα προσβαλὼν τῷ τείχει, εἰ μὴ ὁ Ἀρχιμήδης μηχαναῖς ἐπὶ πλεῖστον αὐτοὺς ἐποίησεν ἀντισχεῖν. καὶ λίθους γὰρ καὶ ὁπλίτας μηχανήμασιν ἀπαρτῶν καθίει τε ἐξαπιναίως αὐτοὺς καὶ ἀνέσπα δι' ὀλίγου. ταῖς δὲ ναυσὶ καὶ ταῖς πυργοφόροις D W II 84 ἑτέρας ἐπιρρίπτων ἀνεῖλκέ τε αὐτὰς καὶ μετεωρίζων ἀθρόως ἠφίει, ὥστε ἐμπιπτούσας εἰς τὸ ὕδωρ ῥύμῃ βαπτίζεσθαι. καὶ τέλος σύμπαν τὸ ναυτικὸν τῶν Ῥωμαίων παραδόξως κατέπρησε. κάτοπτρον γάρ τι πρὸς τὸν ἥλιον ἀνατείνας τήν τε ἀκτῖνα αὐτοῦ ἐς αὐτὸ εἰσεδέξατο καὶ τὸν ἀέρα ἀπ' αὐτῆς τῇ πυκνότητι καὶ τῇ λειότητι τοῦ κατόπτρου πυρώσας φλόγα τε μεγάλην ἐξέκαυσε καὶ πᾶσαν αὐτὴν ἐς τὰς ναῦς ὑπὸ τὴν τοῦ πυρὸς ὁδὸν ὁρμούσας ἐνέβαλε καὶ πάσας κατέκαυσεν. ἀπογνοὺς οὖν ὁ Μάρκελλος τὴν πόλιν αἱρήσειν διὰ τὸ τοῦ Ἀρχιμήδους εὐμήχανον, λιμῷ αὐτοὺς κατασχεῖν ἐκ προσεδρείας διεμελέτησε. καὶ ταύτας μὲν τῷ Πούλχρῳ ἐπέτρεψεν, αὐτὸς δ' ἐπὶ τοὺς συναποστάντας σφίσιν ἐτρά- P I 425 πετο· καὶ τοῖς μὲν γνωσιμαχοῦσι συγγνώμην ἔνεμε, τοὺς δ' ἀνθισταμένους μετεχειρίζετο χαλεπῶς, καὶ συχνὰς μὲν τῶν πόλεων βίᾳ, τινὰς δὲ καὶ προδοσίᾳ ᾕρει. ἐν τούτοις δ' Ἱμίλκων ἐκ Καρχηδόνος σὺν στρατῷ ἧκε, τόν Ἀκράγαντά τε κατέσχε καὶ τὴν Ἡράκλειαν, καὶ πρὸς Συρακούσας ἐλθὼν ἡττήθη τε καὶ ἀντεπεκράτησε, καὶ τοῦ Μαρκέλλου ἐξαπίνης αὐτῷ προσπεσόντος αὖθις ἐνικήθη.

5. Ἐντεῦθεν ὁ Μάρκελλος ταῖς Συρακούσαις ἐφήδρευεν.

4 δὲ] τε C. 9 ὑπ' αὐτῆς A. 14 προσεδρίας A. 16 ἔνειμε A. 18 ἁμίλκων A, ἰμίλκων C. 19 σὺν τῷ στρατῷ A.

Fontes. *Cap.* 5. *Dionis Historiae Romanae libri deperditi. cf. Tzetzae Chil. II v.* 131 *sq.*

nia adortus, facillime potitus esset, nisi Archimedis machinae obstitissent. nam et lapides et milites inde suspensos subito et demittebat et paulo momento retrahebat. aliis quoque machinis iniectis naves et turres attrahebat, et in altum eductas subito demittebat, ut cum impetu in aquas relapsae mergerentur. denique totam Romanorum classem mirabiliter exussit. speculo enim quodam versus solem suspenso radios excepit, aëreque ob densitatem et laevitatem speculi ex iis radiis incenso effecit ut ingens flamma recta in naves illata omnes eas cremaret. Marcellus igitur ob Archimedis ingenium expugnatione desperata, diuturnitate obsidionis et fame urbem domare statuit, eaque Pulchro mandata ipse ad defectionis eorum socios se convertit: ac paenitentibus concessa venia, resistentes aspere tractavit: multas urbes vi, quasdam proditione cepit. interim Himilco Carthagine cum exercitu profectus et Agrigento et Heraclea occupatis ad Syracusas progressus et victus est et vicissim vicit, et subito Marcelli superventu denuo succubuit.

5. Dehinc Marcellus Syracusis assedit, Hannibale in Calabria

ὁ δ' Ἀννίβας ἐν τῇ Καλαβρίᾳ διέτριβεν. οἱ μέντοι Ῥωμαῖοι
πολλὰ αὖθις καὶ δυσχερῆ πεπόνθασιν· οἵ τε γὰρ ὕπατοι πρὸς τῇ
Καπύῃ ἔπταισαν, καὶ ὁ Γράκχος ἐν τῇ Λευκανίᾳ ἀπώλετο, καὶ
οἱ Ταραντῖνοι καὶ ἄλλαι πόλεις ἀπέστησαν, καὶ ὁ Ἀννίβας κα- B
τεπτηχὼς πρότερον ἐν τῇ Ἰταλίᾳ τε ἔμεινε καὶ ἐπὶ τὴν Ῥώμην
ἐστράτευσε, καὶ οἱ Σκιπίωνες ἄμφω διώλοντο. ἐπαρθεὶς οὖν ἐπὶ
τούτοις ὁ Ἀννίβας ἐπεχείρησε τῇ Καπύῃ βοηθῆσαι. καὶ ἦλθε
μέχρι Βενεβεντοῦ· τὸν δὲ Κλαύδιον εἰς τὴν Λευκανίαν ἐκ τοῦ
Σαυνίου διὰ τὸν τοῦ Γράκχου θάνατον ἀπεληλυθέναι πυθόμενος,
καὶ φοβηθεὶς μή τινα αὐτῆς σφετερίσηται, οὐκέτι περαιτέρω προε-
χώρησεν, ἐπ' ἐκεῖνον δ' ἐτράπετο. τῶν Σκιπιώνων δὲ θανόντων
πᾶσα ἡ Ἰβηρία τετάρακτο, καὶ οἱ μὲν ἑκουσίως πρὸς τοὺς Καρ-
χηδονίους ἀπέκλινον, οἱ δὲ καὶ ἀναγκαζόμενοι, εἰ καὶ ὕστερον αὖ- C
θις πρὸς τοὺς Ῥωμαίους ἀπένευσαν.

Ὁ δὲ Μάρκελλος ἐπεὶ μηδὲν προσβάλλων ταῖς Συρακούσαις ἐπέραινε, τοιοῦτόν τι ἐπενόησεν. ἦν τι τοῖς Συρακουσίοις τοῦ τείχους ἐπίμαχον ὃ Γαλεάγραν ὠνόμαζον, ὃ πρὶν μὲν ἐλάνθανε τοιοῦτον ὄν, τότε δὲ ἐφωράθη. τηρήσας οὖν τοὺς Συρακουσίους παννυχίδα τῇ Ἀρτέμιδι ἄγοντας πανδημεί, ἐκέλευσε στρατιώταις τισὶ κατ' ἐκεῖνο τὸ χωρίον ὑπερβῆναι τὸ τεῖχος. κἀκ τούτου πύλαι τέ τινες ὑπ' αὐτῶν ἀνεῴχθησαν, καὶ εἰσελθόντων καὶ ἑτέρων ἅμα πάντες ἀπὸ σημείου καὶ οἱ ἔσω καὶ οἱ ἔξω συνεβόησαν καὶ τοῖς

3 ὁ om A. 6 διώλυντο A. 7 τούτῳ C. 15 Ὁ δὲ Μάρκελλος — p. 212 v. 12 καὶ κατεκόπη] ex Dione et Diodoro Tzetzes Chil. II v. 131 sq. 17 γελεάγραν A. ἐλάνθανον C. 19 πανδημί A.

versante. Romani autem denuo multas clades acceperunt. nam et consules ad Capuam impegerunt, et Gracchus in Lucania periit, et Tarentini atque aliae urbes defecerunt, et Hannibal dudum territus in Italia mansit et contra Romam est profectus, et ambo Scipiones perierunt. his rebus elatus Hannibal opem ferre Capuae statuens Beneventum usque processit. sed cum audisset Claudium ob Gracchi mortem e Samnio in Lucaniam transisse, veritus ne qua illic loca alienaret, omisso itinere contra illum se convertit. Scipionum interitu tota Hispania est turbata: alii ultro alii vi coacti cum Carthaginiensibus se coniunxerunt: qui post ad Romanorum amicitiam redierunt.

Marcellus cum Syracusas oppugnando nihil proficeret, huiusmodi rem machinatus est. erat Syracusani muri pars parum firma, quam Galeagram vocabant: quod cum prius ignoratum esset, tum animadversum est. toto igitur populo Syracusano nocturnis Dianae sacris operante, milites aliquot murum illum transcendere iussit. qui cum portas aliquot aperuissent atque alii quoque intrassent, simul omnes tam qui intus quam

δόρασι τὰς ἀσπίδας συνέκρουσαν, καὶ οἱ σαλπιγκταὶ προσεπήχησαν, ὥστε ἀθρόαν τὴν ἔκπληξιν τοῖς Συρακουσίοις μηδ' ἄλλως εὖ D ἔχουσιν ὑπὸ μέθης συμβῆναι, καὶ τὴν πόλιν ἁλῶναι, πλὴν τῆς Ἀχριδινῆς καὶ τῆς Νήσου καλουμένης. ὁ οὖν Μάρκελλος τά τε ἑαλωκότα διήρπασε καὶ τοῖς μὴ ἁλοῦσι προσέβαλε, καὶ σὺν πόνῳ μὲν καὶ χρόνῳ, ὅμως δ' οὖν καὶ τῶν λοιπῶν τῆς Συρακούσης ἐκράτησεν. ἐγκρατεῖς δὲ τούτων οἱ Ῥωμαῖοι γενόμενοι ἄλλους τε πολλοὺς καὶ τὸν Ἀρχιμήδην ἀπέκτειναν. διάγραμμα γάρ τι διαγράφων, καὶ ἀκούσας τοὺς πολεμίους ἐφίστασθαι, "πὰρ κεφαλάν" ἔφη "καὶ μὴ παρὰ γραμμάν." ἐπιστάντος δὲ αὐτῷ πολεμίου βραχύ τε ἐφρόντισε, καὶ εἰπὼν "ἀπόστηθι ἄνθρωπε ἀπὸ τῆς γραμμῆς" παρώξυνέ τε αὐτὸν καὶ κατεκόπη.

Ὁ μὲν οὖν Μάρκελλος τὰς Συρακούσας ἑλών, καὶ τῆς ἄλλης P I 426 W II 85 Σικελίας τὰ πλείω προσαγαγόμενος, καὶ ἐπῃνεῖτο μεγάλως καὶ ὕπατος ἀποδέδεικτο. προεβάλοντο μὲν γὰρ τὸν Τουρκουάτον, ὅς ποτε τὸν υἱὸν ἀπέκτεινεν· ἐπεὶ δ' ἐκεῖνος ἀπηνήνατο, εἰπὼν ὡς "οὔτ' ἂν ἐγὼ τὰ ὑμέτερα ἁμαρτήματα οὔτ' ἂν ὑμεῖς τὴν ἐμὴν ἀκρίβειαν ἐνέγκοιτε," τὸν Μάρκελλον καὶ Λαουΐνιον τὸν Οὐαλλέριον ἐχειροτόνησαν. (6) ἀπελθόντος δὲ τοῦ Μαρκέλλου ἐκ Σικελίας, δύναμιν ἱππέων ἐς αὐτὴν ὁ Ἀννίβας ἀπέστειλε, καὶ ἑτέραν οἱ Καρχηδόνιοι ἔπεμψαν· καὶ μάχαις τισὶν ἐνίκησαν καὶ πόλεις

3 ἀχριδηνῆς A. 4 γοῦν A. 8 γάρ om A. 9 πὰρ BC, παρὰ PW. 10 γράμμαν C. αὐτοῦ C. 15 τορκουάτον B.

Fontes. *Cap.* 6. *Dionis Historiae Romanae libri deperditi: fragmentum libri* 15 *apud Suidam et alios* (*Valesianum* 16), *et excerptum Ursinianum* 152.

qui foris erant ex composito clamorem sustulerunt, hastis clipeos pulsantes, et classica cecinerunt. quibus rebus Syracusanis iam vino gravibus subito exterritis urbs capta est praeter Acradinam et Insulam. Marcellus partes captas diripit, reliquas oppugnat, et quanquam cum labore et tarde, tamen capit. quibus Romani potiti, praeter alios multos etiam Archimedem occiderunt. nam cum figuram quandam delinearet, et hostes adesse audiret, "caput" inquit "petant, lineam non petant." ac militem iam adstantem parum curavit, ab eoque, quod a linea discedere iussisset, irato caesus est.

Marcellus Syracusis expugnatis et magna Siciliae parte recuperata magnam laudem assecutus est et consul designatus. nam Torquatum illi quidem, filii sui interfectorem, elegerant: sed cum ille recusasset (neque enim se populi mores neque populum ipsius imperium pati posse), Marcellum et Valerium Laevinum consules crearunt. (6) Marcello ex Sicilia digresso copias equestres in eam misit Hannibal, misere et Carthaginien-

προσεποιήσαντο· καὶ εἴ γε μὴ Κορνήλιος Δολοβέλλας στρατηγὸς B ἐπελήλυθε, πᾶσαν τὴν Σικελίαν ἐχειρώσαντο ἄν.

Καὶ ἡ Καπύη δὲ τότε ἑάλω παρὰ Ῥωμαίων, καίτοι τοῦ Ἀννίβου ἐς τὴν Ῥώμην ὁρμήσαντος ἵν᾽ ἀπὸ τῆς Καπύης τοὺς πολιορκοῦντας αὐτὴν ἀπάξῃ, καὶ διὰ τῶν Λατίνων ἐλάσαντος καὶ πρὸς τὸν Τίβεριν ἐλθόντος καὶ πορθοῦντος τὰ πρὸ τοῦ ἄστεος. οἱ γὰρ ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐφοβήθησαν μέν, ἐψηφίσαντο δὲ τὸν ἕτερον τῶν ὑπάτων ἐν Καπύῃ μεῖναι, τὸν δ᾽ ἕτερον αὐτοῖς ἐπαμῦναι. καὶ Κλαύδιος μὲν ἐν τῇ Καπύῃ κατέμεινεν (ἐτέτρωτο γάρ), Φλάκκος δὲ πρὸς τὴν Ῥώμην ἠπείχθη. C

Τοῦ δ᾽ Ἀννίβου τάς τε καταδρομὰς ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτῶν ἀεὶ ποιουμένου καὶ πολλὰ δεινὰ δρῶντος, τὸν μὲν ἄλλον χρόνον ἠγάπων εἰ τά γε ἐντὸς τῶν τειχῶν περισώσαιντο, ἐπεὶ δὲ καὶ τῇ πόλει καὶ τοῖς στρατοπέδοις ἅμα προσβαλεῖν ἔμελλεν, ἀνερρίψαντο, τὸ τοῦ λόγου, κύβον, καὶ ἐπεξέδραμον. καὶ ἀκροβολιζομένων ἤδη χειμὼν ἐξ αἰθρίας ἐξαίσιος ἐπεγένετο μετὰ πνεύματος ἀμηχάνου βροντῶν τε καὶ χαλάζης καὶ ἀστραπῶν, ὥστ᾽ ἄμφω ἀγαπητῶς ὡς ἐκ συνθήματος ἀναφυγεῖν ὅθεν ὥρμησαν. ἄρτι τε τὰ ὅπλα κατετίθεντο, καὶ αἰθρία ἐγένετο. ὁ γοῦν Ἀννίβας, καίτοι οὐκ ἀθεεὶ λογισάμενος παρὰ τὸν τῆς συνόδου καιρὸν συνενεχθῆναι τὰ γεγονότα, ὅμως οὐκ ἀπέστη τῆς πολιορκίας, ἀλλὰ καὶ αὖθις μετὰ τοῦτο συμβαλεῖν ἐπεχείρησεν. ὡς δὲ καὶ τότε τὰ D

11 ἐν om A. 14 καὶ prius om A. 20 ἀθεεὶ A, ἀθεεὶ PW. 22 ἐπεχείρισεν A. καὶ om A.

ses: et praeliis aliquot victores civitates quoque subegerunt; ac ni Cornelius Dolabella praetor supervenisset, totam Siciliam subegissent.

Tum Capua quoque a Romanis capta est, quanquam Hannibale per Latium Romam eunte ut eos ab eius urbis obsidione repelleret, et usque ad Tiberim progresso et suburbanum agrum vastante. Romani autem, quamvis territi, tamen alterum consulem manere Capuae, alterum urbem defendere iusserunt. ac Claudius Capuae mansit (vulnus enim acceperat), Flaccus Romam properavit.

Caeterum Hannibale excursiones subinde in oculis civium faciente et multa crudelia facinora edente, alio tempore satis habuerunt ipsam urbem tueri; sed cum eodem tempore et in moenia et in castra impetum facturus esset, alea iacta, ut aiunt, excurrerunt. cum autem iam eminus dimicarent, serenitas in tempestatem ingentem cum turbine maximo, tonitribus, grandine et fulguribus est conversa; ut ambo exercitus velut ex composito cupide eo refugerent unde venerant. vix arma posuerant cum serenitas rediit. Hannibal quamvis illa ipsius conflictus tempore non sine numine accidisse rebatur, tamen ab obsidione non destitit: sed cum denuo confligere instituisset, eademque acciderent, pertimuit, etiam

αὐτὰ συνέβη, κατέδεισε. καὶ προσεκπλαγεὶς ὅτι ἐν τηλικούτῳ κινδύνῳ ὄντες οὔτε τῆς Καπύης ἀπέστησαν καὶ ἐς τὴν Ἰβηρίαν καὶ στρατιώτας καὶ στρατηγὸν πέμψειν ἔμελλον, καὶ ὅτι χρημάτων δεηθέντες ἐπώλησαν ἄλλα τε καὶ τὸ χωρίον ἐν ᾧ ἐστρατοπεδεύετο δημόσιον ὄν, καὶ ἀπογνούς, ἀπανέστη, πολλάκις ἀναβοήσας "ὦ Κάνναι Κάνναι." καὶ οὐδὲ τῇ Καπύῃ ἔτ' ἐπικουρῆσαι ἠθέλησεν.

P I 427 Οἱ δὲ καίπερ ἐν ἀσθενεστάτοις ὄντες, ὅμως ἀπογνόντες ὡς οὐ τευξόμενοι συγγνώμης παρὰ Ῥωμαίων ἀντεῖχον, καὶ τῷ Ἀννίβᾳ ἐπέστειλαν, βοηθήσειν αὐτοῖς ἀξιοῦντες. συλληφθέντες δὲ οἱ τῶν ἐπιστολῶν κομισταὶ παρὰ τοῦ Φλάκκου (ὁ γὰρ Κλαύδιος ἔφθη τεθνηκὼς ἐκ τοῦ τραύματος) τὰς χεῖρας ἀπετμήθησαν. οὓς ἰδόντες οἱ Καμπανοὶ δεινῶς κατεπλάγησαν καὶ ὅ τι πράξουσιν ἐβουλεύοντο. λεχθέντων δὲ πολλῶν, Ἰούβιός τις Οὐΐριος ἐν τοῖς πρώτοις αὐτῶν ὢν καὶ τῆς ἀποστάσεως αἰτιώτατος "μία ἡμῖν ἐστιν" ἔφη "καταφυγὴ καὶ ἐλευθερία ὁ θάνατος. καί μοι ἀκολουθήσατε οἴκαδε· ἔχω γάρ τι φάρμακον παρεσκευασμένον." καὶ B ὁ μὲν παραλαβὼν τοὺς αὐτῷ πεισθέντας ἑκουσίως ἀπέθανε σὺν αὐτοῖς, καὶ οἱ λοιποὶ τὰς πύλας τοῖς Ῥωμαίοις ἀνέῳξαν· ὁ δὲ Φλάκκος τά τε ὅπλα αὐτῶν καὶ τὰ χρήματα πάντα ἀφείλετο, καὶ τῶν ἀνδρῶν τῶν κορυφαίων τοὺς μὲν ἀπέκτεινε τοὺς δὲ ἐς τὴν Ῥώμην ἔπεμψε, μόνων δ' ἀπέσχετο τῶν ἐκ τοῦ ὁμίλου περι-

4 ἐστρατοπεδεύσατο A. 5 ante πολλάκις B add καὶ. 10 ἀπέστειλαν C. 14 Οὔβιός τις Οὐΐρριος secundum Livium. 15 μία μὲν ἐστι καταφυγὴ ἔφη καὶ A. 18 ἑκούσιος AC.

eo obstupefactus quod Romani in tanto discrimine constituti neque Capuam relinquerent et praetorem cum militibus in Hispaniam missuri essent, et quod pecunia egentes praeter alia illud etiam solum publici agri in quo castra habebat vendidissent; desperataque expugnatione recessit, subinde exclamans "o Cannae Cannae." ac ne Capuae quidem opem amplius ferre voluit.

Campani vero quanquam ad summas angustias redacti tamen desperata venia restiterunt, auxilio Hannibalis per litteras implorato. sed tabellarii a Flacco comprehensi (nam Claudius ex vulnere iam decesserat) manibus truncati sunt. quo Campani viso perculsi de summa rerum deliberabant. multis verbis factis Iubius Virius vir princeps, defectionis praecipuus auctor, "unum" inquit "nobis confugium et libertas est, mors. vos me domum sequimini: venenum enim praeparatum habeo." sic abductis iis secum quibus ea sententia placebat, una cum illis ultro periit: caeteri portas Romanis aperuerunt. quibus Flaccus arma omnia et pecuniam omnem ademit, et principum virorum alios occidit alios Romam

λειφθέντων ἐπὶ τῷ καὶ ἄρχοντα αὐτοὺς Ῥωμαῖον λαμβάνειν καὶ μήτε βουλὴν ἔχειν μήτε σύνοδον ποιεῖσθαι.

Ὕστερον δὲ καὶ ἄλλα τινὰ προσεπῶφλον, κατηγορῆσαι τοῦ Φλάκκου τολμήσαντες. ἐπεχείρησαν δὲ καὶ οἱ Καμπανοὶ τοῦ W II 86 Φλάκκου κατηγορῆσαι, καὶ τοῦ Μαρκέλλου οἱ Συρακούσιοι ὑπατεύοντος ἤδη. καὶ ἀπελογήσατο· οὐ γὰρ ἠθέλησε πρᾶξαί τι τῶν C τῇ ἀρχῇ προσηκόντων πρὶν ἀπολογήσασθαι. οἱ Συρακούσιοι δὲ καταστάντες εἰς λόγους οἰκονομικώτερον τῇ διαλέξει ἐχρήσαντο, οὐκ εἰς κατηγορίαν τοῦ Μαρκέλλου ἀλλ' εἰς ἱκετείαν τραπέντες καὶ ἀπολογίαν τοῦ μὴ ἑκόντες ἀποστῆναι Ῥωμαίων, καὶ συγγνώμης τυχεῖν ἀξιοῦντες. καὶ ταῦτα λέγοντες εἰς τὴν γῆν πεσόντες ὠλοφύροντο. καὶ διαγνώμης γενομένης ἔδοξε τὸν Μάρκελλον μὲν μηδὲν ἀδικεῖν, τοὺς μέντοι Συρακουσίους φιλανθρωπίας τινὸς ἀξίους εἶναι, οὐκ ἐξ ὧν ἐποίησαν, ἀλλ' ἐξ ὧν εἶπόν τε καὶ ἱκέτευσαν. τοῦ δὲ Μαρκέλλου παραιτησαμένου τὸ ἀπελθεῖν εἰς Σικε- D λίαν, τὸν Λαουΐνιον ἔπεμψαν. καὶ οἱ μὲν Συρακούσιοι οὕτω συγγνώμης ἔτυχον, οἱ δὲ Καμπανοὶ ὑπ' ἀπαιδευσίας θρασύτερον τῇ κατηγορίᾳ χρησάμενοι καὶ ἐπετιμήθησαν, μηδὲ παρόντος τοῦ Φλάκκου, ἀλλά τινος τῶν ὑπεστρατηγηκότων αὐτῷ ἀπολογησαμένου.

Ἁλούσης δὲ τῆς Καπύης καὶ τἆλλα τὰ πέριξ πολίσματα τοῖς Ῥωμαίοις προσκεχωρήκασι, πλὴν Ἀτελανῶν· οὗτοι γὰρ ἐκλιπόντες

1 ῥωμαῖον A, Ῥωμαίων PW. 4 ἐπεχείρησαν — 5 Συρακούσιοι ex Dionis libro 15: Bachmanni Anecd. gr. I p. 206; Suidas et Etymol. Magn. in ἐδικαιώθησαν (exc. Vales. 16). 12 καὶ δὴ γνώμης B. 13 τινὸς φιλανθρωπίας B. 16 οὕτως τινὸς συγγνώμης A, οὕτω συγγνώμης τινὸς B. 18 μὴ A. παρρόντος B. 20 τὰ om C.

misit, soli turbae ex plebeiis reliquae iis condicionibus pepercit ut praetori Romano parerent, ut nullum senatum, nullum concilium haberent.

Post etiam aliae multae impositae, cum Flaccum accusare ausi essent. nam et Campani hunc accusare instituerunt, et Syracusani Marcellum iam consulem. is se defendit, nec ante eam defensionem quicquam pro auctoritate imperii gerere voluit. verum Syracusani, dicendi potestate data, causam suam artificiose egerunt; omissaque Marcelli accusatione ad preces conversi, se non ultro defecisse asserentes veniam petiverunt. quae cum perorassent, in terram prolapsi et lamentati sunt. suffragiis latis Marcellus crimine solutus est, et decretum Syracusanos clementius tractandos esse, non ob facta eorum sed propter verba et supplicationes. Marcello redire in Siciliam recusante Laevinum miserunt. cum Syracusani hoc modo veniam impetrassent, Campani ex inscitia insolentius in consulem invecti, etiam gravius multati sunt, quamvis absente Flacco et quodam ex eius legatis causam dicente.

Capta Capua etiam finitimae civitates Romanis accesserunt, praeter Atellanos. hi enim urbe deserta cum uxoribus et liberis Hannibalem

τὴν πόλιν αὐτῶν πανδημεὶ πρὸς τὸν Ἀννίβαν ἐχώρησαν. καὶ ἡ ἄλλη δὲ Ἰταλία ἡ τὰ τῶν Καρχηδονίων φρονοῦσα ἠλλοιοῦτο, καὶ περιιόντες οἱ ὕπατοι προσεποιοῦντο αὐτήν. Ταραντῖνοι δὲ φανερῶς μὲν οὐδέπω τὰ τῶν Ῥωμαίων ᾑροῦντο, λάθρα δὲ τοῖς Καρ-
P I 428 χηδονίοις ἤχθοντο.

Οἱ δ' ἐν τῇ Ῥώμῃ διεκηρυκεύσαντο τῷ Ἀννίβᾳ ἀνταπόδοσιν τῶν αἰχμαλώτων ποιήσασθαι. οὐ κατηλλάξαντο δὲ αὐτούς, ἐπεὶ οὐκ ἐδέξαντο τὸν Καρθάλωνα τοῦ τείχους ἐντός, ὡς πολέμιον· οὐδ' ἐς λόγους γὰρ αὐτοῖς ἐλθεῖν ἠθέλησεν, εὐθὺς δὲ ὠργισμένος ἀνέστρεψε.

Τότε μέντοι καὶ ὁ Λαουΐνιος τοὺς Αἰτωλοὺς συμμαχοῦντας Φιλίππῳ προσηταιρίσατο, καὶ τὸν Φίλιππον μέχρι Κερκύρας προχωρήσαντα αὖθις ἐξεφόβησεν, ὥστε καὶ ἐς τὴν Μακεδονίαν τάχει ἐπανελθεῖν.

7. Οἱ δὲ ἐν τῇ Ῥώμῃ Γάϊον Κλαύδιον Νέρωνα εἰς τὴν Ἰβηρίαν μετὰ στρατιωτῶν ἔπεμψαν. καὶ ὃς παρεκομίσθη τῷ
B ναυτικῷ μέχρι τοῦ Ἴβηρος, ἔνθα καὶ τὰ λοιπὰ στρατεύματα εὑρηκὼς ἐπῆλθε τῷ Ἀσδρούβᾳ πρὶν γνωσθῆναι ὅτι πάρεστι. καὶ περιστοιχισάμενος αὐτὸν ἠπατήθη. ἰδὼν γὰρ ὁ Ἀσδρούβας ὡς ἀπείληπται, προεκηρυκεύσατο πρὸς τὸν Νέρωνα ὥστε τὴν Ἰβηρίαν πᾶσαν ἀφεθεὶς ἐκλιπεῖν. ὡς δ' ἐκεῖνος ἀσμένως τοὺς λόγους ἐδέξατο, ἀναβαλλόμενος ἵνα τὰς συνθήκας τῇ ὑστεραίᾳ ποιήσηται,

4 τοὺς καρχηδονίους A. 6 οἱ δ' ἐν τῇ — 10 ἀνέστρεψε Dionis excerptum Ursin. 152. 16 μετὰ AB, μετὰ τῶν PW. 21 ἀσμένως τοὺς λόγους AB, τοὺς λόγους ἀσμένως PW. 22 ποιήσεται A.

Fontes. *Cap.* 7. *Dionis Historiae Romanae libri deperditi: excerptum Peirescianum* 56.

adierunt. etiam reliquae Italiae partes Carthaginiensium studiosae mutabant animos, et a consulibus passim circumeuntibus recipiebantur. Tarentini autem nondum aperte cum Romanis faciebant, sed clam Carthaginiensibus succensebant.

Romani petitam ab Hannibale captivorum permutationem non impetrarunt, ob Carthalonem, ut hostem, intra moenia non receptum. quamobrem is iratus colloquio detrectato statim recessit.

Hoc tempore Laevinus Aetolos Philippi socios sibi conciliavit, et Philippum usque ad Corcyram progressum ita terruit ut trepidus in Macedoniam se reciperet.

7. C. Claudius Nero cum militibus in Hispaniam missus est et classe usque ad Iberum vectus. ubi caeteris etiam legionibus inventis Hasdrubalem, priusquam eum adesse nosset, oppressum circumvenit. sed deceptus est: videns enim Hasdrubal se irretitum esse, caduceatoribus ad Neronem missis se ea condicione dimitti petiit ut tota Hispania excederet. quam cum ille cupide accepisset, pactiones procrastinando alios

ὑπεξέπεμψε τῆς νυκτὸς ἄλλους ἄλλῃ τῶν ὀρῶν. διεξελθόντων δ' ἐκείνων, ἅτε μὴ φυλακῆς οὔσης παρὰ τῶν Ῥωμαίων διὰ τὰς τῶν σπονδῶν ἐλπίδας, ἦλθε μὲν τῇ ἐπιούσῃ ἐς λόγους τῷ Νέρωνι, κατέτριψε δὲ πᾶσαν αὐτὴν πρίν τι ἐπικυρωθῆναι. καὶ ἄλλους αὖθις τῆς νυκτὸς ὁμοίως ἀπέπεμψε. τοῦτο δὲ καὶ ἐν ἄλλαις τισὶν C ἡμέραις ὁμοίως πεποίηκεν, ἀμφισβητῶν τινα ἐν τῇ συμβάσει. προελθόντων δὲ τῶν πεζῶν ἁπάντων, τέλος καὶ αὐτὸς σὺν τοῖς ἱππεῦσι καὶ τοῖς ἐλέφασιν ὑπεξεχώρησε. καὶ διασωθεὶς φοβερὸς αὖθις τῷ Νέρωνι ἐγένετο.

Μαθόντες δὲ ταῦτα οἱ ἐν τῇ Ῥώμῃ τοῦ Νέρωνος μὲν κατέγνων, ἄλλῳ δέ τινι τὴν ἡγεμονίαν ἐψηφίσαντο ἐγχειρίσαι. ἀπορούντων οὖν τίνα ἂν ἀποστείλωσιν (οὐ γὰρ τοῦ τυχόντος ἀνδρὸς ἐδεῖτο τὰ πράγματα, καὶ πολλοὶ διὰ τὸ τῶν Σκιπιώνων πάθος ἐξίσταντο) ὁ Σκιπίων ἐκεῖνος ὁ Πούπλιος ὁ τὸν πατέρα τρωθέντα σώσας ἑαυτὸν ἐθελοντὴς εἰς τὴν στρατείαν ἐπέδωκεν. D ἦν δὲ καὶ ἀρετῇ κράτιστος καὶ παιδείᾳ λογιμώτατος. καὶ παρα- W II 87 χρῆμα μὲν ᾑρέθη· μεταμέλον δὲ οὐ πολλῷ ὕστερον διά τε τὴν ἡλικίαν αὐτοῦ (τέταρτον γὰρ καὶ εἰκοστὸν ἔτος τῆς ζωῆς ἦγε) καὶ ὅτι καὶ ἡ οἰκία αὐτοῦ διὰ τὸν τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ θείου ὄλεθρον ἐπένθει, ἦλθεν αὖθις εἰς τὸ κοινὸν καὶ ἐδημηγόρησε, καὶ οἷς εἶπε καταιδέσας τοὺς τῆς βουλῆς, τὴν μὲν ἀρχὴν οὐκ ἀφῃρέθη, Μάρκος δὲ Ἰούνιος ἀνὴρ γηραιὸς προσεπέμφθη αὐτῷ.

4 ἄλλους αὖθις AB, αὖθις ἄλλους PW. 8 ὑπεχώρησε A. 9 ἐγίνετο A. 12 ἂν om B. 13 διὰ AB, διὰ τοῦτο C, τοῦτο διὰ PW. 14 ὁ Σκιπίων — 16 λογιμώτατος Dionis excerptum Peirescianum 56. 17 μεταμέλου ABC.

in alios montes dimisit. qui cum evasissent, Romanis spe pacis excubias non habentibus, postridie ad Neronem in colloquium venit: sed totum diem consumpsit priusquam quicquam confirmaretur. itidemque noctu alios dimisit. et sic aliis quoque diebus fecit, subinde aliquid in pactis cavillando. denique et ipse cum equitatu et elephantis se subduxit. et cum evasisset, Neroni denuo formidabilis exstitit.

Quo Romae cognito successor Neroni datus est. cum autem dubitaretur quis eius loco mittendus esset (neque enim res quemlibet postulabat, et multi clade Scipionum deterrebantur), P. Scipio is qui patrem vulneratum conservavit ultro se ad illam expeditionem obtulit, iuvenis virtute praestantissimus et optime institutus. statimque est electus: sed cum non multo post eius iudicii populum paenituisset, tum ob aetatem (annum enim quartum et vigesimum agebat) tum propter domum eius patris et patrui interitu funestam, denuo in publicum progressus pro contione patribus conscriptis ita satisfecit ut imperium ei non adimerent, sed M. Iunium virum senem collegam adiungerent.

Τοῖς Ῥωμαίοις δὲ μετὰ ταῦτα τὰ πράγματα οὐκ ἀταλαιπώρως ἐχώρησεν εἰς τὸ βέλτιον. ὁ γὰρ Μάρκελλος, ἐπειδὴ κατηγορηθεὶς ἀπελύθη, ὥρμησεν ἐπὶ τὸν Ἀννίβαν, καὶ τὰ μὲν
P I 429 πλεῖστα δι' ἀσφαλείας ἐποιεῖτο, δεδιὼς πρὸς ἀπονενοημένους διακινδυνεῦσαι· εἰ δέ ποτε ἠναγκάσθη προσμῖξαι, κρείττων ἐκ φρονήσεως εὐτολμίᾳ κεκραμένης ἐγένετο. ὁ οὖν Ἀννίβας διά τε ταῦτα, καὶ ὅτι αἱ πόλεις αἱ συμμαχοῦσαι αὐτῷ αἱ μὲν ἐγκαταλελοίπεσαν αὐτὸν αἱ δὲ διενοοῦντο, καὶ δι' ἕτερ' ἄττα, κακῶσαι τὰ χωρία ἃ μὴ κατέχειν οἷος ἦν ἐπεχείρησε. καὶ πολλοῖς ἐλυμήνατο, καὶ πλείους διὰ τοῦτο ἀφίσταντο.

Περὶ δὲ Σαλπίαν πόλιν τοιόνδε τι συνέπεσε. δύο ἄνδρες τὰ πράγματα αὐτῶν εἶχον, διάφοροί τε ἀλλήλοις ἦσαν. καὶ Ἀλίνιος μὲν τὰ τῶν Καρχηδονίων ἐφρόνει, Πλαύτιος δὲ τὰ τῶν
B Ῥωμαίων, ὃς καὶ διειλέχθη τῷ Ἀλινίῳ περὶ προδοσίας τῆς εἰς Ῥωμαίους. μηνύσαντός τε εὐθὺς ἐκείνου τῷ Ἀννίβᾳ ταῦτα, ἐς δίκην ὑπήχθη ὁ Πλαύτιος. βουλευομένου δὲ τοῦ Ἀννίβου μετὰ τῶν συνέδρων ὅπως αὐτὸν κολάσει, ἐτόλμησεν ἐπ' ὄψει αὐτοῦ τῷ Ἀλινίῳ πέλας που ὄντι περὶ προδοσίας αὖθις εἰπεῖν. ἀναβοήσαντος δ' ἐκείνου "ἴδε ἴδε, καὶ νῦν μοι περὶ αὐτοῦ τούτου λαλεῖ," οὐκ ἐπίστευσεν ὁ Ἀννίβας διὰ τὸ ἄτοπον, ἀλλὰ καὶ ὡς συκοφαν-

2 ἐχώρησαν A. 3 ἐλυπήθη A. 5 διακινδυνεῦσαι AC, ἀποκινδυνεῦσαι PW. 6 ἐγίνετο A. 7 ἐγκαταλελοίπασιν A. 10 ἐφίσταντο A, ὑφίσταντο B. 11 σαλπίαν BC, σαλπόαν A, Σαλαπίαν PW: pag. 224 v. 1 et 4 libri omnes σαλπίᾳ et σαλπηνοί vel σαλπινοί, ut Appiani de bellis civilibus I 52. τοιόν δέ AB, τοιοῦτον δέ PW. 13 Ἀλίνιος et Πλαύτιος] Δάσιος et Βλάτιος apud Appianum et Livium. 15 ῥώμην A. 17 κολάσῃ A.

Post haec res Romana non citra aerumnas in melius mutari coepit. Marcellus enim cum absolutus esset, Hannibalem aggressus pleraque caute administravit, cum desperatis hominibus certare veritus. sed si quando confligere necesse erat, prudentia magnanimitate temperata superior evadebat. Hannibal autem tum ea de causa, tum quod ab aliis sociis civitatibus desertus ab aliis deserendus erat, tum propter alia quaedam, ea loca quae tueri nequibat vastare instituit: cumque multos vexasset, a pluribus deserebatur.

In urbe autem Salapia tale quiddam accidit. duo viri summae ibi praeerant inter se dissentientes. nam Alinius Carthaginiensibus, Plautius Romanis studebat, et cum Alinio de urbe Romanis tradenda collocutus erat. quod cum ille statim ad Hannibalem detulisset, in ius adductus est Plautius. Hannibale autem cum iis qui in consilio aderant de eius supplicio deliberante, ausus est in conspectu Poeni cum Alinio denuo de eadem re agere. illo vero exclamante "ecce ecce, nunc etiam de proditione mecum agit," propter rei absurditatem Hannibal non cre-

τούμενον αὐτὸν ἀπέλυσεν. ἀφεθέντος δὲ ὡμονόησαν ἄμφω, καὶ στρατιώτας παρὰ τοῦ Μαρκέλλου ἐπαγαγόμενοι τήν τε φρουρὰν τῶν Καρχηδονίων κατέκοψαν καὶ τὴν πόλιν τοῖς Ῥωμαίοις C παρέδοσαν.

Καὶ οὕτω μὲν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ ἔσχον τοῖς Καρχηδονίοις τὰ πράγματα· καὶ οὐδ' ἡ Σικελία ἦν εὐνοοῦσα αὐτοῖς, ἀλλὰ τῷ ὑπάτῳ τῷ Λαουϊνίῳ προσεχώρουν. ἡγεῖτο μὲν γὰρ τῶν ἐν τῇ Σικελίᾳ Καρχηδονίων Ἄννων, συνεστρατεύετο δὲ αὐτῷ καὶ Μουτίνας. ὃς συνὼν τῷ Ἀννίβᾳ πρῴην, καὶ φθονηθεὶς ὅτι μεγάλα ἔργα ἀρετῆς ἐπεδείκνυτο, ἐς Σικελίαν ἐπέμφθη. ὡς οὖν κἀκεῖ λαμπρῶς ἱππάρχει, φθόνον καὶ πρὸς τοῦ Ἄννωνος ὦφλε, καὶ διὰ τοῦτο τῆς ἱππαρχίας ἐπαύθη. περιαλγὴς γοῦν διὰ ταῦτα γενόμενος πρὸς τοὺς Ῥωμαίους ἀπέκλινε. καὶ πρῶτον μὲν προδοσίαν Ἀκράγαντος συνέπραξε σφίσιν, εἶτα καὶ τἆλλα συγκατειργά- D σατο, ὥστε πᾶσαν αὖθις τὴν Σικελίαν ὑπ' αὐτοὺς ἄνευ μεγάλου πόνου γενέσθαι.

8. Ὁ δὲ Φάβιος καὶ ὁ Φλάκκος ἄλλας τε πόλεις πολλὰς καὶ τὸν Τάραντα, τοῦ Ἀννίβου κατέχοντος αὐτόν, ἐχειρώσαντο. κελεύσαντες γάρ τισι τὴν Βρεττίαν κατατρέχειν, ἵν' ὁ Ἀννίβας εἰς ἐπικουρίαν αὐτῆς ἀπάρῃ ἐκ Τάραντος, ἐπεὶ τοῦτο ἐγένετο, Φλάκκος μὲν ἐκεῖνον ἐπετήρει, Φάβιος δὲ ἐν τούτῳ νυκτὸς τῷ

7 τῇ om B. 10 ἐπεδείκνυντο C. οὖν om A. 17 ὁ alterum om A.

FONTES. *Cap.* 8. *Dionis Historiae Romanae libri deperditi: excerpta Peiresciana* 58 59.

didit, eumque ut calumnia petitum absolvit. absoluto eo ambo consenserunt et arcessitis a Marcello militibus Punicoque praesidio caeso Romanis urbem tradiderunt.

Hoc Italicarum rerum statu Siculi nihilo plus faventes Carthaginiensibus ad Laevinum consulem se conferebant. Carthaginiensibus qui in Sicilia erant Hanno praeerat, sub eoque Mutinas militabat. qui cum pridem Hannibali familiaris ob magna virtutis opera edita invidiam suscepisset, in Siciliam fuerat ablegatus. sed ne ibi quidem magister equitum rebus praeclare gestis Hannonis invidia evitata magistratu abire coactus est. quibus iniuriis exacerbatus ad Romanos se contulit; ac primum adiumento fuit ut eis Agrigentum proderetur, deinde in aliis quoque rebus navavit operam ut totam Siciliam absque magno labore recuperarent.

8. At Fabius et Flaccus cum alias urbes tum Tarentum, tenente tum Hannibale, subegerunt. nam cum Bruttios incursare quosdam iussissent, eaque de causa Hannibal relicta urbe illis suppetias iret, Flaccus illum observat: Fabius interim noctu impetu terra marique facto,

Τάραντι ταῖς τε ναυσὶν ἅμα καὶ τῷ πεζῷ προσβαλών, τῇ
P I 430 *τε προσβολῇ καὶ προδοσίᾳ εἷλε τὴν πόλιν. ὁ οὖν Ἀννίβας διὰ τὴν*
ἀπάτην ἀχθόμενος ἀντεπιβουλεῦσαι τῷ Φαβίῳ ἐσπούδασε. καὶ
ἐπιστολὴν αὐτῷ ἐκ Μεταποντίου ὡς παρὰ τῶν ἐπιχωρίων ἐπὶ
προδοσίᾳ τῆς πόλεως ἔπεμψεν, ἐλπίσας ἀπερισκέπτως αὐτὸν
προσιόντα ἐνεδρεύσειν. καὶ ὃς ὑπετόπησε τὸ πραττόμενον, καὶ
W II 88 *παραβαλὼν τὰ γράμματα ταῖς ἐπιστολαῖς ἃς τοῖς Ταραντίνοις*
ποτὲ ἐγεγράφει, κατεφώρασεν ἐκ τῆς αὐτῶν ὁμοιότητος τὸ ἐπι-
βούλευμα.

Σκιπίων δὲ τὸν ἄλλον χρόνον, εἰ καὶ τιμωρῆσαι τῷ πατρὶ
καὶ τῷ θείῳ ἐγλίχετο καὶ τῆς τοῦ πολέμου δόξης ὠρέγετο, ἀλλ'
οὐκ ἠπείγετο, διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐναντίων. ἐπεὶ δ' ᾔσθετο
B *αὐτοὺς χειμάζοντας πόρρω ποι, ἐκείνους μὲν εἴα, ἐς δὲ τὴν*
Καρχηδόνα τὴν ταύτῃ ὥρμησεν· οὐ μέντοι τις τὸ παράπαν τὴν
ὁρμὴν αὐτοῦ ἔγνωκε πρὶν πρὸς αὐτῇ τῇ Καρχηδόνι γενέσθαι·
καὶ ἔλαβε σὺν πόνῳ τὴν πόλιν.

Ἁλούσης δὲ τῆς Καρχηδόνος στάσις μεγίστη μικροῦ τῶν
στρατιωτῶν ἐγένετο ἄν. τοῦ γὰρ Σκιπίωνος στέφανον ὑποσχο-
μένου δώσειν τῷ πρώτῳ τοῦ τείχους ἐπιβάντι, δύο ἄνδρες, ὁ
μὲν Ῥωμαῖος ὁ δ' ἐκ τῶν συμμάχων, περὶ αὐτοῦ ἠμφισβήτησαν.
διαφερομένων δ' ἐκείνων καὶ τὸ ἄλλο πλῆθος ἐθορυβήθη, καὶ
C *ἐπὶ πλεῖστον ἐταράχθησαν, ὥστε καὶ δεινόν τι δρᾶσαι, εἰ μὴ ὁ*

1 τε om A. τῇ τε προσβολῇ om C. 2 τε om A. προδοσίᾳ AC, τῇ προδοσίᾳ PW. 4 μεταπόντου A. 8 κατεφώρασε καὶ τῆς A. 11 ὠρέγετο AC, ὀρέγετο PW. 14 τὴν ταύτῃ] ταύτην A. 17 ἁλούσης δὲ — p. 221 v. 11 λοιποὺς ἀνηρτήσατο Dionis excerptum Peirescianum 58. 19 ἐπιδώσειν A.

partim vi partim proditione Tarentum cepit. quem dolum aegre ferens Hannibal pari dolo Fabium ulcisci statuit, eique litteras Metapontinorum civium nomine scribit de prodenda civitate, eum temere accedentem in insidias delapsurum esse ratus. verum ille suspicatus quid rei esset, litteris iis cum illis comparatis quas aliquando Tarentinis scripserat, insidias ex earum similitudine deprehendit.

Enimvero Scipio, quamvis et patris et patrui caedem ulcisci cupiens et belli gloriam expetens, non tamen properavit, ob hostium multitudinem; sed cum eos longe in hibernis abesse cognovisset, omissis eis tanta celeritate et circumspectione Novam Carthaginem contendit, ut eius adventus non prius resciretur quam adesset; urbemque non sine labore cepit.

Ea expugnata parum aberat quin maxima inter milites orta esset seditio. nam cum Scipio ei qui primus murum conscendisset coronam esset pollicitus, accidit ut duo viri, alter Romanus alter ex sociis, eam sibi laudem vindicarent: quorum ex contentione ingens reliquae multitudinis tumultus exarsit. et haud dubie gravius aliquid accidisset, ni Sci-

Σκιπίων καὶ ἄμφω ἐστεφάνωσε, καὶ συχνὰ μὲν τοῖς στρατιώταις διέδωκε συχνὰ δὲ καὶ τοῖς δημοσίοις προσένειμε, καὶ τοὺς ἐκεῖ κατεχομένους ὁμήρους προῖκα πάντας τοῖς οἰκείοις ἀπέδωκεν. ὅθεν πολλοὶ μὲν δῆμοι πολλοὶ δὲ καὶ δυνάσται αὐτῷ προσεχώρησαν, καὶ τὸ τῶν Κελτιβήρων ἔθνος πρὸς τοῖς λοιποῖς. παρθένον γὰρ ἐν τοῖς αἰχμαλώτοις λαβὼν κάλλει ἐπιφανῆ, ἐνομίσθη μὲν ἔσεσθαι αὐτῆς ἐν ἔρωτι, μαθὼν δὲ ὅτι τινὶ τῶν ἐν τέλει Κελτιβήρων ἐγγεγύηται, μετεπέμψατο αὐτὸν καὶ τὴν νεᾶνιν αὐτῷ παραδέδωκε, προσεπιδοὺς καὶ τὰ λύτρα ἃ οἱ προσήκοντες αὐτῇ D *προσεκόμισαν. κἀκ τούτου καὶ ἐκείνους καὶ τοὺς λοιποὺς ἀνηρτήσατο.*

Μαθὼν δὲ τὸν Ἀσδρούβαν τὸν τοῦ Ἀννίβου ἀδελφὸν σπουδῇ ἐπιόντα καὶ ἀγνοοῦντα ἔτι τὴν τῆς πόλεως ἅλωσιν καὶ μηδὲν προσδοκῶντα κατὰ τὴν πορείαν πολέμιον, προσαπήντησεν αὐτῷ, καὶ ἐν τῷ στρατοπέδῳ αὐτοῦ κρατήσας ἐνηυλίσατο, καὶ πολλοὺς τῶν ἐκεῖ προσεποιήσατο. ἦν μὲν γὰρ ἐν ταῖς στρατηγίαις δεινός, ἐν δὲ ταῖς ὁμιλίαις ἐπιεικής, καὶ ἐς μὲν τοὺς ἀνθισταμένους φοβερός, ἐς δὲ τοὺς ὑπείκοντας καὶ μάλα φιλάνθρωπος. μάλιστα δ' ὅτι καὶ ἐθείασε, προειπὼν ὡς ἐν τῇ τῶν πολεμίων στρατοπεδεύσοιτο, πάντες ἐτίμων αὐτόν· οἱ δ' Ἴβηρες καὶ βασιλέα μέγαν P I 431 *ὠνόμαζον.*

6 *ταῖς* A: Dionis exc. *τοῖς.* *ἐπιφανεῖ* A. 7 *αὐτοῖς* C. *Κελτιβήρων* om A: Dionis exc. *Ἀλλουκίῳ τινὶ τῶν ἐν τέλει Κελτιβήρων.* 8 *ἐνηγγύηται* B. *αὐτῷ* add ABC Dionis exc. 14 *προσαπήντησεν* ABC, *προϋπήντησεν* PW. 16 *ἦν μὲν γὰρ* — 21 *μέγαν ὠνόμαζον* Dionis excerptum Peirescianum 59. *μὲν* om A. 18 *μάλιστα*] *μάλα* B.

pio utrumque coronasset, multaque militibus, multa rebus publicis largitus esset, et obsides qui ibi tenebantur omnes suis sine pretio restituisset. quo factum ut multae civitates, multi dynastae se ad fidem eius contulerint, et praeter caeteros Celtiberi. nam cum inter captivos virginem excellenti forma cepisset, eam adamaturus putabatur: sed cum principi cuidam apud Celtiberos desponsam esse cognovisset, accito sponso puellam ei tradidit, una cum pecunia quam eius necessarii pro ea redimenda contulerant. quo facto et illos et caeteros sibi conciliavit.

Hasdrubali fratri Hannibalis, quem propere adventare cognorat, captam esse urbem adhuc ignoranti et nihil in itinere hostile timenti occurrit: eoque superato et castris eius occupatis, multos illius loci ad suam amicitiam pellexit. nam in re bellica acer erat, in familiaribus congressibus lenis, resistentibus formidabilis, cedentibus perquam humanus. verum ob illud maxime ab omnibus honorabatur, quod veluti numine afflatus praedixisset, se in hostili agro castrametaturum esse. ab Hispanis autem rex magnus appellabatur.

Ὁ δ' Ἀσδρούβας ἀπελπίσας τὴν Ἰβηρίαν ἀπᾶραι πρὸς τὴν Ἰταλίαν ἐβούλετο. καὶ ἐν τῷ χειμῶνι συσκευασάμενος ὁ μὲν ὥρμητο, οἱ δὲ συστράτηγοι αὐτοῦ κατὰ χώραν μείναντες ἀσχολίαν τῷ Σκιπίωνι παρεῖχον, ὥστε μὴ τὸν Ἀσδρούβαν ἐπιδιῶξαι, μήτε τοῖς ἐν τῇ Ἰταλίᾳ Ῥωμαίοις ἐπικουφίσαι τὸν πόλεμον γενομένῳ ἐκεῖ, ἢ πρὸς τὴν Καρχηδόνα πλεῦσαι. ὁ δὲ Σκιπίων τὸν μὲν Ἀσδρούβαν οὐκ ἐπεδίωξε, πέμψας δὲ δρομοκήρυκας τὴν πρόσοδον αὐτοῦ τοῖς ἐν τῇ Ῥώμῃ δι' αὐτῶν προεκήρυξεν, αὐτὸς δὲ τῶν ἐν χερσὶν εἴχετο. καὶ ὁρῶν τοὺς ἐναντίους πολλαχῇ τῆς
B *χώρας ὄντας, ἐδεδίει μή τισιν αὐτῶν προσμίξας εἰς ἓν ἅπαντας συναγάγῃ ἀλλήλοις ἐπικουρήσοντας. αὐτὸς μὲν οὖν ἐστράτευσεν ἐπ' Ἀσδρούβαν τὸν Γίσγωνος, Σιλανὸν δὲ ἐς Κελτιβηρίαν ἐπὶ Μαγῶνα, καὶ Λούκιον Σκιπίωνα τὸν ἀδελφὸν ἐς Βαστιτανίαν ἔπεμψεν. ὃς ἐκείνην τε πολέμῳ κατέσχε, καὶ τὸν Μαγῶνα ἐνίκησε, καὶ φεύγοντι αὐτῷ πρὸς τὸν Ἀσδρούβαν ἐπακολουθήσας ἦλθε πρὸς τὸν Σκιπίωνα, μήπω μηδὲν διαπεπραγμένον.*

Ἐλθόντων οὖν τοῦ τε Μαγῶνος πρὸς τὸν Ἀσδρούβαν καὶ τοῦ Λουκίου πρὸς τὸν ἀδελφὸν τὸν Σκιπίωνα, τὰ μὲν πρῶτα τῷ ἱππικῷ καταθέοντες εἰς τὰ πεδία διεμάχοντο, εἶτα καὶ ὅλῳ τῷ
C W II 89 *στρατεύματι ἀντιπαρετάσσοντο, οὐ μὴν καὶ ἐμάχοντο. καὶ ἐπὶ πλείους ἡμέρας τοῦτο ἐγίνετο· συμβολῆς δέ ποτε γενομένης οἵ τε σύμμαχοι τῶν Καρχηδονίων καὶ αὐτοὶ ἐκεῖνοι ἡττήθησαν, καὶ τὸ*

3 στρατηγοὶ A. 5 γενομένῳ AB, γινομένῳ C, γινομένοις PW.
8 $\overset{\text{πε}}{\text{ἐκήρυξεν}}$ A. 10 τις C. 18 τὰ μὲν πρῶτα om A. 19 ἐς B.
20 ἀντεπαρετάσσοντο AB. 21 γενομένης AB, γινομένης PW.

Hasdrubale desperata Hispania in Italiam abituro, et hieme collectis vasis discedente, eius collegae loco non mutato negotium Scipioni facessebant, ut neque Hasdrubalem persequeretur neque in Italiam profectus Romanos belli parte levaret neque Carthaginem traiiceret. Scipio Hasdrubalem abeuntem non est persecutus, sed per cursores eius adventu Romam nuntiato, ea quae tempus postulabat administravit. et quia videbat hostes in provincia variis locis dispersos esse, veritus ne ab aliquo omnes eorum copiae in unum conducerentur, ipse contra Hasdrubalem Gisgonis filium est profectus, Silanum in Celtiberiam contra Magonem, L. Scipionem fratrem in Bastitaniam misit. qui et illam bello cepit, et Magonem vicit, eumque ad Hasdrubalem fugientem persecutus ad Scipionem rediit, qui nondum quicquam gesserat.

Cum Mago ad Hasdrubalem, Lucius ad fratrem Scipionem venisset, primum equitatu in campos decurrentes dimicabant, deinde totos exercitus instruxerunt: nec tamen ad manus ventum est. idque per dies complures factum. sed aliquando pugna commissa, Carthaginiensibus

ἔρυμα αὐτῶν παρὰ τῶν Ῥωμαίων ἑάλω, καὶ τοῖς ἐν αὐτῷ ἐπιτηδείοις οἱ Ῥωμαῖοι ἐχρήσαντο· ὃ πρὸ τριῶν ἡμερῶν ὁ Σκιπίων, ὡς λόγος ἐστίν, ἀπεφοίβασεν. ἐπιλιπόντων γὰρ αὐτοῖς τῶν πρὸς τροφήν, προεῖπεν (ὅθεν δ' ἠγνόηται) ὡς "κατὰ τήνδε τὴν ἡμέραν τοῖς τῶν πολεμίων χρησόμεθα." μετὰ ταῦτα δὲ τοῖς περιλειφθεῖσι τῶν ἐναντίων τὸν Σιλανὸν καταλιπὼν αὐτὸς πρὸς τὰς ἄλλας ἀπῄει πόλεις, καὶ πολλὰς προσηγάγετο. καταστήσας δὲ τὰ ἑαλωκότα αὐτὸς μὲν ἐκεῖ διεχείμασε, τὸν δὲ Λούκιον τὸν ὁμαίμονα D ἐπὶ Ῥώμην ἀπέστειλε καταγγελοῦντά τε τὰ γενόμενα καὶ τοὺς αἰχμαλώτους κομίσοντα καὶ ὅπως οἱ ἐν τῇ Ῥώμῃ φρονοῦσι περὶ αὐτοῦ πολυπραγμονήσοντα.

9. Οἱ δ' ἐν τῇ Ἰταλίᾳ καὶ ἐκ νόσου ἐπόνησαν, καὶ μάχαις ἐταλαιπώρησαν, Τυρσηνῶν νεωτερισάντων τινῶν. μεῖζον δὲ τῶν ἄλλων αὐτοὺς ἐλύπησεν ὅτι τὸν Μάρκελλον ἀπέβαλον. ἐπιστρατεύσαντες γὰρ κατὰ τοῦ Ἀννίβου τυγχάνοντος ἐν Λοκροῖς καὶ ἄμφω οἱ ὕπατοι ἐξ ἐνέδρας περιστοιχισθέντες ὁ μὲν Μάρκελλος αὐτίκα ἀπώλετο, Κρισπῖνος δὲ τρωθεὶς ἀπέθανεν οὐ μετὰ πολύ. εὑρηκὼς δὲ τὸ τοῦ Μαρκέλλου σῶμα ὁ Ἀννίβας, καὶ τὸν δακτύ- P. I 432 λιον αὐτοῦ εἰληφὼς ᾧ ἐκεῖνος τὰς γραφὰς ἐπεσφράγιζε, γράμματα ἐς τὰς πόλεις ὡς παρ' ἐκείνου στελλόμενα ἔπεμπε, καὶ ὅσα ἐβούλετο διεπράττετο· μέχρις οὗ τοῦτο γνοὺς ὁ Κρισπῖνος ἀντιπαρήγγειλεν αὐτοῖς φυλάσσεσθαι· ὅθεν ἀντιπεριέστη τῷ Ἀννίβᾳ

3 ἀπεφοίβασεν ABC, ἐπεφοίβασεν PW. 4 τήνδε ABC, τήν τε PW. 9 γινόμενα A. 10 κομίσοντα ABCW, κομίζοντα P. 12 δὲ C. 16 περιστοιχισθέντες ἐξ ἐνέδρας A. 22 ἀντιπαρέστη A.

FONTES. *Cap. 9. Dionis Historiae Romanae libri deperditi.*

eorumque sociis victis captaque munitione, Romani commeatu ibi invento usi sunt: id quod Scipio triduo ante vaticinatus esse fertur. nam cum rebus necessariis destituerentur, praedixit (qua vero arte, ignoratur) se in eum diem hostium cibariis usuros esse. post haec Silano contra hostium relliquias relicto alias urbes multas sibi adiunxit, ordinatisque rebus in Hispania hibernavit: L. fratrem Romam misit, ut et res gestas nuntiaret et captivos eo adduceret, eademque opera exploraret quae de se Romanorum esset opinio.

9. Verum Italiam morbus vexabat et pugnae afflixerant ob motus Tyrrhenorum quorundam. sed maiorem luctum attulerat Marcelli interitus. nam cum ambo consules contra Hannibalem Locris agentem exercitum ducerent, per insidias circumventi sunt: et Marcellus statim occubuit, Crispinus non multo post ex vulnere decessit. Hannibal vero Marcelli cadavere invento et eius sigillo accepto, litteris eius nomine ad urbes scriptis quicquid volebat obtinuit: donec Crispinus eo cognito illos monuit ut sibi caverent. unde res Hannibali vertit in contrarium. nam

τὸ πρᾶγμα. ἐπεὶ γὰρ τοῖς ἐν τῇ Σαλπίᾳ δι' αὐτομόλου δῆθεν ἦν ἐπιστείλας, ὡς ὁ Μάρκελλος νυκτὸς προσῄει τοῖς τείχεσι, τῇ τε τῶν Λατίνων κεχρημένος φωνῇ σὺν ἄλλοις ἐπισταμένοις αὐτήν, ἵνα Ῥωμαῖοι δόξωσιν εἶναι. μαθόντες δὲ οἱ Σαλπηνοὶ τὴν ἐπιτέχνησιν αὐτοῦ ἀντετεχνήσαντο πιστεύειν ὄντως προσιέναι τὸν
B Μάρκελλον, καὶ ἀνασπάσαντες τὸν καταρράκτην εἰσήγαγον ὅσους αὐτοῖς ἔδοξεν ἱκανοὺς εἶναι κατεργασθῆναι παρ' αὐτῶν, καὶ πάντας ἀπέκτειναν. ὁ δὲ Ἀννίβας ἀπῆρεν αὐτίκα, μαθὼν τοὺς Λοκροὺς πολιορκουμένους παρὰ Ῥωμαίων ἐκ Σικελίας ἐπιπλευσάντων.

Καὶ Πούπλιος δὲ Σουλπίκιος μετὰ Αἰτωλῶν καὶ συμμάχων ἑτέρων πολλὰ τῆς Ἀχαΐας ἐπόρθησε. τοῦ δὲ Φιλίππου τοῦ Μακεδόνος τοῖς Ἀχαιοῖς συμμαχήσαντος παντελῶς ἂν τῆς Ἑλλάδος ἐξηλάθησαν οἱ Ῥωμαῖοι, εἰ μὴ τοῦ κράνους τοῦ Φιλίππου περιρρυέντος οἱ Αἰτωλοὶ τοῦτο ἔσχον, καὶ φήμης εἰς τοὺς Μακεδόνας
C γενομένης ὡς τέθνηκε, στάσις τε γέγονεν ἐκεῖ, καὶ ἐφοβήθη μὴ τῆς βασιλείας στερηθῇ, καὶ πρὸς Μακεδονίαν ἠπείχθη. ἐντεῦθεν οἱ Ῥωμαῖοι τῇ Ἑλλάδι προσέμειναν καί τινων ἐκράτησαν πόλεων.

Τῷ δ' ἐπιόντι ἔτει ὡς ὁ Ἀσδρούβας ἠγγέλλετο προσιών, οἱ ἐν τῇ Ῥώμῃ τὰς δυνάμεις τε ἤθροιζον καὶ τοὺς συμμάχους σφῶν μετεπέμποντο, ὑπάτους Κλαύδιόν τε Νέρωνα καὶ Λιουΐον τὸν Μάρκον ἑλόμενοι. καὶ Νέρωνα μὲν ἐπὶ τὸν Ἀννίβαν, Λιουΐον

1 ἐν om C. 4 σαλπινοὶ B. 7 ἱκανοὺς ἔδοξεν A. 9 παρὰ] ὑπὸ A. πλευσάντων C. 11 πόπλιος ABC. 20 ὁ om B.

cum Salapianis per transfugam scripsisset, noctu ad moenia accessit velut Marcellus, et Romana lingua una cum aliis eam scientibus utens, ut pro Romanis haberentur. Salapiani vero eius artificio cognito hac arte vicissim usi sunt, ut se Marcellum adesse credere simularent, clathrisque attractis tot in urbem admiserunt quot vincendis se pares esse rebantur, eosque omnes occiderunt. Hannibal vero cum Locros a Romanis ex Sicilia profectis obsideri audisset, statim recessit.

P. Sulpicius autem cum Aetolis et aliis sociis magnam Achaiae partem vastavit. sed cum Philippus Achaeis opem tulisset, Romani tota Graecia pulsi essent, nisi Aetolis galea Philippi potitis de eius interitu rumor apud Macedones sparsus esset ortaque ibi seditio. veritus enim ne regno privaretur in Macedoniam properavit. ita factum ut Romani in Graecia perseverantes urbibus aliquot potirentur.

Sequenti anno cum Hasdrubalis adventus nuntiaretur, Romani legiones convocabant et socios suos arcessebant, Claudio Nerone et Marco Livio consulibus creatis. ac Neronem contra Hannibalem, Livium

δὲ ἐπὶ τὸν Ἀσδρούβαν ἔπεμψαν. ὃς αὐτῷ πρὸς τῇ Σένῃ τῇ πόλει ἀπήντησεν· οὐ μέντοι καὶ εἰς χεῖρας εὐθὺς ἦλθον. ἐπὶ πολλὰς δὲ ἡμέρας κατὰ χώραν ἔμεινεν· ἀλλ' οὐδὲ ὁ Ἀσδρούβας τὴν μάχην κατήπειξεν, ἡσύχαζε δὲ τὸν ἀδελφὸν ἀναμένων. ὁ Νέρων D *δὲ καὶ ὁ Ἀννίβας εἰς Λευκανίαν ἐστρατοπεδεύοντο, καὶ οὐδέτερος πρὸς παράταξιν ὥρμησεν, ἄλλως δὲ ἐς χεῖρας ἀλλήλοις ᾔεσαν. καὶ ὁ Ἀννίβας πυκνὰ μετανίστατο, καὶ ὁ Νέρων ἀκριβῶς αὐτὸν παρετήρει. κρείττων οὖν ἀεὶ αὐτοῦ γινόμενος, καὶ τὰ γράμματα τὰ παρὰ τοῦ Ἀσδρούβου αὐτῷ πεμφθέντα ἑλών, τοῦ μὲν Ἀννίβου κατεφρόνησε, δείσας δὲ μὴ τὸν Λιούϊον ὁ Ἀσδρούβας τῷ πλήθει καταβιάσηται, μέγα πρᾶγμα ἐτόλμησε. καὶ κατέλιπε μὲν* W II 90 *μοῖραν ἐκεῖ ἀποχρῶσαν εἴργειν τὸν Ἀννίβαν εἴ πη κινηθείη, ἐντειλάμενος πάντα ποιεῖν ἵνα καὶ αὐτὸς νομίζοιτο ἐνδημεῖν, τὸ δὲ καθαρώτατον τοῦ στρατοῦ ἀπολέξας ὥρμησεν ὡς πλησιοχώρῳ πόλει τινὶ προσμίξων, οὐδ' ᾔδει τις τὴν διάνοιαν αὐτοῦ. καὶ* P I 433 *ἠπείχθη ἐπὶ τὸν Ἀσδρούβαν, καὶ ἀφίκετο νυκτὸς πρὸς τὸν συνάρχοντα, καὶ ἐν τῇ ταφρείᾳ τῇ αὐτοῦ συνεσκήνησε. καὶ παρεσκευάζοντο ἄμφω ἵν' αἰφνίδιον αὐτῷ συνεπίθωνται. οὐκ ἔλαθον δέ, ἀλλ' ἐτεκμήρατο τὸ γεγενημένον ὁ Ἀσδρούβας ἀπὸ τῶν παραγγέλσεων διττῶν γινομένων· ἰδίᾳ γὰρ ἕκαστος τῶν ὑπάτων παρήγγελλέ τι τοῖς ἑαυτοῦ. ὑποπτεύσας οὖν ἡττῆσθαι τὸν Ἀννίβαν καὶ ἀπολέσθαι (περιόντος γὰρ ἐκείνου οὐκ ἂν ἐπ' αὐτὸν*

1 *σεναί τῇ* C, *σεναίτη* A, *σαινέτη* B. 6 *ἤασαν* A. 9 *ἀσδρούβα* ABC. *ἀννίβα* B. 14 *πόλει τινὶ πλησιοχώρῳ* AB. 16 *ἐπὶ*] *πρὸς* A. 17 *αὐτοῦ*] *αὐτῇ* C. *κατεσκήνωσε* A. 21 *παρήγγειλέ* A. 22 *περιιόντος* A.

contra Hasdrubalem miserunt. qui ei circa Senam urbem occurrit; non tamen statim ad manus venit, sed per dies complures in castris se continuit. neque Hasdrubal pugnam ursit, quietus fratrem exspectans. Nero autem et Hannibal in Lucania castra habentes, non iusta acie sed tumultuariis duntaxat pugnis sunt congressi. Hannibalem autem locum subinde mutantem accurate observavit Nero, semper eo superior: et litteris fratris eius Hasdrubalis interceptis, Hannibale contempto, veritus ne Hasdrubal multitudine hominum Livio vim faceret, magnum facinus ausus est. relicta enim ibi tanta militum parte quanta ad reprimendum Hannibalem satis esset si quid movisset, mandavit ut omnia ita agerent ut ipse praesens esse putaretur, assumptaque lectissima parte exercitus, quasi finitimum oppidum oppugnaturus, nemine consilii conscio, adversus Hasdrubalem properans noctu ad collegam venit, in eiusque vallo pernoctavit. amboque se parantes ut hostem ex improviso aggrederentur, Hasdrubalem non latuerunt. cum enim uterque consul milites suos seorsim cohortaretur, animadvertit quid rei esset; et Hannibalem victum

ὁρμῆσαι τὸν Νέρωνα ἐλογίζετο) ἔγνω πρὸς τοὺς Γαλάτας ἀπαναχωρῆσαι καὶ ἐκεῖ τὰ περὶ τὸν ἀδελφὸν ἀκριβώσασθαι καὶ οὕτω κατὰ σχολὴν πολεμῆσαι.

B Καὶ ὁ μὲν παραγγείλας τῷ στρατεύματι ἀναστῆναι νυκτὸς ἀπῆρεν, οἱ δ' ὕπατοι ἐκ τοῦ θορύβου ὑπώπτευσαν τὸ γινόμενον, οὐ μέντοι εὐθὺς ἐκινήθησαν διὰ τὸ σκότος. ἅμα δ' ἠοῖ τούς τε ἱππέας προέπεμψαν ἐπιδιῶξαι αὐτούς, καὶ αὐτοὶ εἵποντο. καὶ τοῦ Ἀσδρούβου τοῖς ἱππεῦσιν ἀντιταξαμένου ὡς μόνοις οὖσιν, οἱ ὕπατοι ἐπελθόντες τροπὴν αὐτοῦ ἐποιήσαντο, καὶ φεύγουσιν ἐπακολουθήσαντες πολλοὺς ἐφόνευσαν. καὶ οὐδ' οἱ ἐλέφαντες αὐτοῖς ἐβοήθησαν· ὅτι γάρ τινες αὐτῶν τραυματισθέντες κακὰ πλείω τοὺς ἐπιτεταγμένους σφίσιν ἔδρων ἢ οἱ πολέμιοι, παρήγγειλεν ὁ C Ἀσδρούβας τοῖς ἐπ' αὐτῶν καθημένοις τοὺς τιτρωσκομένους τῶν θηρίων παραυτίκα σφάζειν· ῥᾷστα δὲ σιδηρίῳ τινὶ ὑπὸ τὸ οὖς νυττόμενοι ἐκτιννύοντο. καὶ ἐκεῖνοι μὲν ὑπὸ τῶν Καρχηδονίων, οἱ ἄνδρες δὲ ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων ἐφθείροντο. ἔπεσον δὲ τοσοῦτοι, ὥστε τοὺς Ῥωμαίους διακορεῖς τοῦ φόνου γενομένους μὴ θελῆσαι τοὺς ἄλλους ἐπιδιῶξαι. φθείραντές τε ἄλλους πολλοὺς καὶ τὸν Ἀσδρούβαν, καὶ λάφυρα πλεῖστα λαβόντες, καὶ Ῥωμαίους αἰχμαλώτους ἐς τετρακισχιλίους ἐν τῷ στρατοπέδῳ εὑρόντες, ἱκανῶς τὴν Καννησίδα συμφορὰν ἀνειληφέναι ἐνόμισαν.

Πραχθέντων δὲ τούτων ὁ μὲν Λιούϊος κατὰ χώραν ἔμεινεν, ὁ δὲ Νέρων ἑκταῖος εἰς τὴν Ἀπουλίαν ἐπανελήλυθε, λαθὼν μέχρι

7 διέπεμψαν C. 9 αὐτῷ A. 11 αὐτῶν τινες A. 14 σιδήρῳ A. 23 τὴν om A.

caesumque esse suspicatus (illo enim superstite Neronem contra se nunquam iturum fuisse) ad Gallos abire statuit, et illic statu fratris explorato bellum per otium administrare.

Itaque militibus itinere denuntiato, noctu discessit. id consules ex tumultu suspicati, non tamen propter tenebras se statim commoverunt, sed sub auroram equitibus ad eum persequendum praemissis, ipsi subsecuti Hasdrubalem equites aggressum (solos enim eos esse putabat) superventu suo in fugam verterunt, et fugientes persecuti multos occiderunt, ab elephantis nihil adiutos. horum enim aliqui vulnerati cum plus mali eis darent quam hostes, Hasdrubal sessores eorum monuit ut vulneratos statim occiderent: id quod facile fiebat, cum ferreo aculeo sub aure pungebantur. sic belluae a Carthaginiensibus, viri a Romanis occidebantur. tantaque multitudo cecidit ut Romani caedibus satiati caeteros nollent persequi. atque adeo non modo aliis plurimis sed etiam Hasdrubale interfecto, spoliis plurimis captis, et captivis Romanis ultra quattuor milia in castris repertis, cladem Cannensem abunde pensatam esse credebant.

His gestis Livius suo loco mansit: Nero sexto die in Apuliam

τότε ὡς ἀπεδήμησε. καὶ τῶν ἁλόντων τινὰς ἐς τὸ Ἀννίβου στρατόπεδον ἔπεμψε τὰ πεπραγμένα δηλώσοντας, καὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ Ἀσδρούβου πλησίον που ἀνεσταύρωσε. μαθὼν οὖν ἐκεῖνος τόν τε ἀδελφὸν ἡττημένον καὶ τεθνηκότα, καὶ τὸν Νέρωνα νενικηκότα καὶ ἐπανήκοντα, πολλὰ μὲν ὠλοφύρατο, πολλάκις δὲ καὶ τὴν τύχην καὶ τὰς Κάννας ἀνεκάλεσε. καὶ ἐς τὴν Βρεττίαν ἀνεχώρησε, κἀκεῖ διῆγεν ἡσυχάζων. D

10. *Ὁ δὲ Σκιπίων μέχρις ἂν πάντα τὰ ἐν τῇ Ἰβηρίᾳ καταστήσῃ ἄρχειν τῶν ἐκεῖ προσετάχθη. καὶ πρῶτον μὲν ἐς τὴν Λιβύην δύο πεντήρεσιν ἔπλευσε, καὶ ὁ τοῦ Γίσγωνος Ἀσδρούβας ἐκεῖ κατὰ τύχην αὐτῷ συγκατῆρε. δεξιουμένου οὖν καὶ ἄμφω* P I 434 *τοῦ Σύφακος (ἔνσπονδος γὰρ τοῖς Καρχηδονίοις ἐγένετο, μέρους τῆς Λιβύης βασιλεύων) καὶ καταλλάσσοντος σφᾶς, ὁ Σκιπίων οὐκ ἰδίαν ἔχθραν ἔχειν εἶπεν, οὔτε μὴν ὑπὲρ τῶν κοινῶν δύνασθαι καθ' ἑαυτὸν καταλύσασθαι.*

Ἐπανῆλθεν οὖν αὖθις· καὶ Ἰλιτεργίταις ἐπολέμησεν, ὅτι τοὺς πρὸς αὐτοὺς καταφυγόντας Ῥωμαίους μετὰ τὸν τῶν Σκιπιώνων θάνατον τοῖς Καρχηδονίοις ἐξέδωκαν. καὶ οὐ πρότερον τῆς πόλεως αὐτῶν ἐκράτησε πρὶν αὐτὸς τοῦ τείχους ἐπιβῆναι ἐτόλμησε καὶ ἐτρώθη. αἰδεσθέντες γὰρ οἱ στρατιῶται καὶ δείσαντες περὶ ἐκείνῳ, τότε προσέβαλον προθυμότερον. καὶ κρατήσαντες τοὺς B

4 *τεθνηκότα καὶ ἡττημένον* A. 6 *τέχνην* A. *βρεττανίαν* ABC. 16 *Ἰλιτεργίταις*] Livio *Illiturgitani*. 17 *αὐτοὺς* AB, *αὐτὸν* PW. *τὸν* om A. *σκιπιώνων* AC, *Σκιπιόνων* PW. 21 *προθυμότατα* A.

Fontes. *Cap.* 10. *Dionis Historiae Romanae libri deperditi: excerpta Valesiana* 17 18, *quorum alterum ex libro Dionis* 16.

reversus, abitu suo ad id usque tempus caelato, captivos aliquot in castra Hannibalis misit qui ei quid actum esset narrarent; et caput Hasdrubalis in propinquo cruci affixit. Hannibal clade et caede fratris cognita, Neronisque victoris reditu, in magno luctu et maerore fuit: saepe de fortuna questus est, saepe Cannas inclamavit. atque in Bruttios regressus ibi quievit.

10. At Scipio Hispaniae praeesse iussus donec ibi omnia composuisset, primum in Africam duabus quinqueremibus navigavit; eodemque forte fortuna etiam Hasdrubal Gisgonis filius appulit. quos cum Syphax ambos humaniter accepisset (erat enim Carthaginiensibus foedere iunctus, et Africae parti imperabat) et reconciliare inter se studeret, Scipio respondit, sibi nullas cum Hasdrubale privatas esse inimicitias, neque rei publicae nomine faciendae pacis auctoritatem habere.

Reversus in Hispaniam cum Ilitergitanis bellum gessit, quod Romanos post Scipionum caedem ad se profugos Carthaginiensibus dedissent. neque prius urbem cepit quam ipse moenia conscendere ausus vulneratusque est: milites enim verecundantes et illi metuentes promptius

μὲν ἀνθρώπους πάντας ἀπέκτειναν, τὴν δὲ πόλιν κατέπρησαν W II 91 ἅπασαν. καὶ τῷ φόβῳ τούτῳ πολλοὶ μὲν ἑκόντες αὐτῷ προσεχώρησαν, πολλοὶ δὲ καὶ βίᾳ κεχείρωντο· τινὲς δὲ πολιορκούμενοι τάς τε πόλεις ἑαυτῶν ἔκαιον καὶ τοὺς οἰκείους ἐφόνευον, ἐπὶ δὲ τούτοις καὶ ἑαυτούς.

Τὰ πλείω δὲ καταστρεψάμενος ὁ Σκιπίων εἰς Καρχηδόνα ἀνέζευξεν· ἔνθα τῷ τε πατρὶ καὶ τῷ θείῳ ἐπιταφίους ἀγῶνας ὁπλομαχίας ἔθετο. ὅτε πολλοὶ μὲν καὶ ἕτεροι ἠγωνίσαντο, καὶ ἀδελφοὶ δὲ δύο περὶ βασιλείας διαφερόμενοι, καίτοι τοῦ Σκιπίω- C νος συναλλάξαι αὐτοὺς σπουδάσαντος· καὶ ὁ πρεσβύτερος τὸν νεώτερον καίτοι ἰσχυρότερον ὄντα ἀπέκτεινεν.

Ἠρρώστησε δὲ μετέπειτα ὁ Σκιπίων, κἂν τούτῳ ἐνεωτέρισαν οἱ Ἴβηρες. στράτευμα γὰρ τοῦ Σκιπίωνος περὶ Σογκρῶνα χειμάζον ἐκινήθη, καὶ πρώην οὐκ εὐπειθὲς ὄν, οὐ μὴν φανερὰν ἀποστασίαν ἐπιδειξάμενον· τότε δ' αἰσθόμενον τὸν Σκιπίωνα κάμνοντα, ἐπεὶ καὶ ἡ μισθοφορὰ αὐτοῖς ἐβραδύνθη, ἀναφανδὸν ἀπέστησαν, καὶ τοὺς χιλιάρχους σφῶν ἀπελάσαντες ὑπάτους ἑαυτοῖς κεχειροτονήκασιν· ἦσαν δὲ ὡς ὀκτακισχίλιοι. γνόντες οὖν ταῦτα οἱ Ἴβηρες ἀφίσταντο προχειρότερον, καὶ τὴν συμμαχίδα D τῶν Ῥωμαίων ἐκάκουν. καὶ ὁ Μαγὼν ἐκλιπεῖν ἤδη τὰ Γάδειρα βουληθεὶς οὔτ' ἐξέλιπε καὶ εἰς τὴν ἤπειρον διαβαίνων πολλὰ ἐκακούργει.

1 κατέπρησεν C. 6 καρχηδονίαν A. 13 οἱ add A. σογηρῶνα B: *Sucronem* Livius. 17 ἑαυτοὺς C. 19 ἀφίστανται B.

subierunt. et potiti victoria, hominibus omnibus occisis, totam urbem incenderunt. qua re territi multi ultro deditionem fecerunt, multi vi subacti sunt, multi, cum obsiderentur, urbes cremarunt, semetipsos et suos iugularunt.

Maxima parte Hispaniae subacta Scipio Carthaginem rediit: ubi in honorem patris et patrui funebres ludos in armis edidit. in quibus praeter alios duo fratres de regno inter sese contendentes, pacificatione frustra a Scipione tentata, decertarunt; et maior natu minorem, licet validiorem, interfecit.

Postea Scipione aegrotante Hispani res novas moliti sunt. nam exercitus Scipionis, qui circa Soncronem hibernabat, se commovit: et cum prius etiam parum dicto audiens esset, nec tamen defectionem plane prae se ferret, tum cognito morbo Scipionis, dilata etiam stipendiorum solutione, aperte defecit, pulsisque tribunis sibi consules elegit. fuerunt autem circiter octo milia. qua de causa Hispani etiam ad deserendam fidem facti promptiores, socias civitates affiixerunt. et Mago Gades iamiam relicturus, neque reliquit, et mediterraneis multum detrimenti attulit.

Μαθὼν δὲ ταῦθ' ὁ Σκιπίων, πέμψας πρὸς τὸ ἀποστατῆσαν στρατόπεδον ἐπέστειλεν αὐτοῖς συγγνωμονῶν δῆθεν ὅτι διὰ ἔνδειαν τῶν ἀναγκαίων ἐνεωτέρισαν, καὶ μηδὲν ὑποπτεῦσαι διὰ τοῦτο ἀξιῶν, ἐπαινῶν δὲ καὶ τοὺς τὴν ἀρχὴν αὐτῶν ἀναδεξαμένους ἵνα μηδὲν δεινὸν ἢ πάθωσιν ἢ δράσωσι διὰ ἀναρχίαν. τοιαῦτα τοῦ Σκιπίωνος γράψαντος οἱ στρατιῶται μαθόντες ὅτι περιείη καὶ οὐδ' ὀργίζοιτο σφίσιν, οὐδὲν ἔτι διεκίνησαν. ὡς δ' ἀνερρώσθη, τραχὺ μὲν οὐδὲ τότε αὐτοῖς ἐπηπείλησε, πέμψας δὲ P I 435 τήν τε τροφὴν ἀποδώσειν ὑπέσχετο, καὶ πάντας πρὸς αὐτὸν ἀφικέσθαι ἐκάλεσεν ὡς ἂν βούλωνται, ἢ ἀθρόοι ἢ ἐν μέρει κατὰ διαδοχάς. οἱ δέ γε στρατιῶται κατ' ὀλίγους ἀπελθεῖν οὐκ ἐθάρσησαν, ὁμοῦ δ' ἀπῆλθον. καὶ ὁ Σκιπίων ἔξω τοῦ τείχους αὐτοὺς αὐλίσασθαι (πρὸς ἑσπέραν γὰρ ἦν) διετάξατο, καὶ παρέσχεν αὐτοῖς ἀφθόνως τὰ ἐπιτήδεια. καὶ οἱ μὲν ἐστρατοπεδεύοντο, αὐτὸς δὲ τοὺς θρασυτέρους αὐτῶν εἰς τὴν πόλιν εἰσελθεῖν κατεσκεύασε, καὶ τῆς νυκτὸς αὐτοὺς κατασχὼν ἔδησε. ἅμα δ' ἡμέρᾳ, ὡς ἔξω ποι στρατεύσων, πάντα τὸν αὐτοῦ στρατὸν προεξέπεμψεν. εἶτα τοὺς ἄρτι ἐλθόντας εἴσω τοῦ τείχους ἄνευ τῶν ὅπλων ἐκάλεσεν, B ἵν' αὐτῷ συστρατεύσωνται, λαβόντες τὸ σιτηρέσιον. καὶ οὕτως εἰσελθόντων αὐτῶν ἐσήμηνε τοῖς ἐκκεχωρηκόσιν ὥσπερ εἶχον ἐπανελθεῖν. καὶ περισχὼν αὐτοὺς πολλὰ καὶ ὠνείδισε καὶ ἠπείλησε, καὶ τέλος "πάντες μὲν" ἔφη "θανεῖν ἐστε ἄξιοι, οὐ

2 ὅτι] ἔτι A. 4 ἀναδεξαμένους αὐτῶν A. 7 περιήει A. 8 ταχὺ A. 10 βούληται A. 15 αὐτὸς] αὐτοὺς C. θρασυτάτους A. 17 ποί B, που PW. 22 πάντες μέν — p. 230 v. 2 ἄλλους ἀφίημι ex Dionis libro 16: Bachmanni Anecd. gr. I p. 206; Suidas et Etymol. Magn. in ἐδικαιώθησαν (exc. Vales. 17).

Quo Scipio intellecto, exercitui per litteras veniam promisit, quod rerum necessariarum penuria coacti rebus novis studuissent, petens ne quid ex eo mali suspicarentur, collaudatis iis qui magistratum eorum gessissent, ne sine imperio gravius aliquid vel designarent vel perpeterentur. post has Scipionis litteras, eius incolumitate et placabilitate cognita, nihil amplius commoverunt. ubi vero convaluit, ne tum quidem asperius eis est comminatus, frumentoque promisso omnes ad se venire iussit, sive singulos per vices sive universos simul, utrum ipsi mallent. milites vero singulatim se ei credere non ausi, omnes una venerunt. quos Scipio (serum enim erat) extra moenia manere iussit, commeatu abunde suppeditato, curavitque ut eorum audacissimi in urbem venirent, eosque noctu comprehensos vinxit. ubi diluxit, omnem exercitum tanquam expeditione instituta praemisit: deinde milites, qui recens venerant, inermes in urbem ad se vocavit, ut acceptis stipendiis una militarent. quibus ita ingressis, iis qui exierant significavit ut e vestigio redirent. ita seditiosis circumventis multa exprobravit, multa minatus est: denique dixit, eos omnes exitium esse meritos, sed se de paucis

μέντοι πάντας θανατώσω αὐτός, ἀλλ' ὀλίγους οὓς καὶ ἤδη συνειλήφα δικαιώσω, τοὺς δὲ ἄλλους ἀφίημι." ταῦτα εἰπὼν εἰς τὸ μέσον τοὺς δεδεμένους παρήγαγε, καὶ σταυροῖς προσδήσας καὶ αἰκισάμενος ἀπέκτεινεν. ὡς δέ τινες τῶν παρεστηκότων ἀγανακτήσαντες ἐθορύβησαν, συχνοὺς καὶ ἐκείνων ἐκόλασε. καὶ C μετὰ τοῦτο τὴν μισθοφορὰν τοῖς ἄλλοις δοὺς ἐπὶ τὸν Ἰνδίβιλιν καὶ ἐπὶ τὸν Μανδόνιον ἐστράτευσε. καὶ μὴ τολμώντων ἐκείνων συμμῖξαι αὐτῷ, αὐτὸς ἐπέθετο καὶ ἐνίκησεν.

Ὁμολογησάντων δ' ἐκείνων, καὶ τῆς ἄλλης Ἰβηρίας τὰ πλείω αὖθις ἐδουλώθη, καὶ ὁ Μαγὼν τὰ Γάδειρα ἐξέλιπε, καὶ ὁ Μασινίσσας τοῖς Ῥωμαίοις προσεχώρησεν. οἱ Καρχηδόνιοι γάρ, τελευτήσαντος Ἀσδρούβα τοῦ Ἀννίβου ὁμαίμονος, ἐψηφίσαντο τῆς μὲν Ἰβηρίας ἐκστῆναι, τὰ δὲ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ ἀνακτήσασθαι· καὶ ἔπεμψαν ἀργύριον τῷ Μαγῶνι, ἵν' ἐπικουρικὸν ἀθροίσας W II 92 στρατεύσηται ἐπ' αὐτήν. καὶ ὃς πρὸς τὴν Ἰταλίαν αὖθις ὁρμή- D σας ἀφίκετο πρὸς τὰς Γυμνησίας νήσους. καὶ τῆς μὲν μείζονος ἥμαρτε, μὴ δυνηθεὶς εἰς αὐτὴν κατᾶραι (οἱ γὰρ ἐπιχώριοι πόρρωθεν ἐς τὰς ναῦς ἐσφενδόνων, κράτιστοι τοῦτο ποιεῖν ὄντες), εἰς δὲ τὴν μικροτέραν προσορμισάμενος ἐκεῖ διὰ τὸν χειμῶνα κατέμεινεν. αἱ νῆσοι δ' αὗται τῇ περὶ τὸν Ἴβηρα ἠπείρῳ ἐπίκεινται· εἰσὶ δὲ τρεῖς, ἃς Ἕλληνες μὲν καὶ Ῥωμαῖοι κοινῇ Γυμνησίας καλοῦσιν, Οὐαλερίας δὲ καὶ Ὑασσούσας οἱ Ἴβηρες, ἰδίᾳ δ' ἑκά-

5 ἐθορυβήθησαν A. 7 ἐπὶ om A. 11 sq. μασσινίσσας B. 12 Ἀσδρούβα libri omnes, qui solent Ἀσδρούβου. 13 τῆς μὲν AC, μὲν τῆς PW. 19 προσορμισάμενοι A. 20 αἱ νῆσοι — 22 οἱ Ἴβηρες ex Dione Tzetzes ad Lycophronis v. 633 (exc. Vales. 18). 21 κοινῶς Tzetzes. γυμνασίας A. 22 οὐαλλερίας C: Tzetzes Βαλερίας vel Βαληρίας ἤτοι ὑγιεινάς. ὑασούσας AC.

duntaxat, quos iam comprehendisset, poenas sumpturum, absolutis reliquis. haec locutus vinctos in medium produxit et palis alligatos per cruciatum necavit. ut vero quidam ex adstantibus indignati ac tumultuati sunt, eorum quoque complures suppliciis affecit. postea stipendio reliquis dato contra Indibilim et Mandonium est profectus, eosque pugnam detrectantes aggressus superavit.

Qui cum deditionem fecissent, maior Hispaniae pars est subacta, et Mago Gadibus discessit, et Masinissa cum Romanis se coniunxit. nam Carthaginienses post Hasdrubalis fratris Hannibalis caedem Hispaniam deserendam esse decreverunt et Italiam recuperandam, Magoni pecunia missa ut conductis auxiliis eam invaderet. is igitur in Italiam tendens ad Gymnesias insulas venit: atque in maiori appellere non potuit, quod insulares, funditores exercitatissimi, eminus lapides in naves iaculabantur; sed in minori hibernavit. insulae vero hae continenti versus Iberum imminent, et a Graecis Romanisque Gymnesiae communiter appellantur: Hispani vero Valerias et Hyassusas et peculiari

στην, τὴν μὲν Ἔβεσον, τὴν δὲ μείζω, μικροτέραν δὲ τὴν τρίτην φερωνυμώτατα. τὰ Γάδειρα δὲ οἱ Ῥωμαῖοι κατέσχον.

11. Ὁ δὲ Μασινίσσας ἀνὴρ ἦν ἐν τοῖς κρατίστοις ἐξεταζόμενος· καὶ χειρὶ γὰρ καὶ βουλεύμασιν ἄριστος ἐτύγχανε τὰ P I 436 πολέμια. πρὸς δὲ τοὺς Ῥωμαίους ἐκ τῶν Καρχηδονίων ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε μετήνεκτο. ὁ Ἀσδρούβας ὁ τοῦ Γίσγωνος φίλος τε ἦν αὐτῷ καὶ Σοφωνίδα τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα αὐτῷ ἐνηγγύησε. τῷ Σύφακι δὲ συγγενόμενος, καὶ τὰ τῶν Ῥωμαίων αὐτὸν φρονοῦντα αἰσθόμενος, οὐκέτι τὰ ὡμολογημένα πρὸς τὸν Μασινίσσαν ἐφύλαξεν, ἀλλὰ θέλων τοῖς Καρχηδονίοις τὸν Σύφακα προσποιήσασθαι, οὐκ ἐλαχίστης δυνάμεως ἄρχοντα, τήν τε ἀρχὴν αὐτῷ συγκατέπραξεν, ἣ τῷ Μασινίσσᾳ προσῆκε, τοῦ πατρὸς αὐτοῦ τότε θανόντος, καὶ τὴν Σοφωνίδα συνῴκισεν. ἡ δὲ τό τε κάλλος B ἐπιφανὴς ἦν καὶ παιδείᾳ πολλῇ καὶ γραμμάτων καὶ μουσικῆς ἤσκητο, ἀστεία τε καὶ αἱμύλος ἦν, καὶ οὕτως ἐπαφρόδιτος ὡς ὀφθεῖσα ἢ καὶ ἀκουσθεῖσα μόνον καὶ τὸν πάνυ δυσέρωτα κατεργάσασθαι.

Ὁ μὲν οὖν Σύφαξ διὰ ταῦτα τοῖς Καρχηδονίοις προσέθετο, καὶ ὁ Μασινίσσας τὰ τῶν Ῥωμαίων ἀνθείλετο καὶ χρησιμώτατος αὐτοῖς διὰ πάντων ἐγένετο· Σκιπίων δὲ πάντα τὰ ἐντὸς τοῦ

1 δὲ alterum om C. 3 Ὁ δὲ Μασινίσσας — 5 τὰ πολέμια Dionis excerptum Peirescianum 60. δὲ] γὰρ A. 4 γὰρ om C. 6 ὁ alterum ABCW, om P. 13 ἡ δὲ — 17 κατεργάσασθαι Dionis excerptum Peirescianum 61. 19 Μασανίσσας C. 20 Σκιπίων δὲ — p. 232 v. 14 ἑαυτοῦ ἐποιήσατο Dionis fragmenta Parisiensia 1—4.

Fontes. *Cap.* 11. *Dionis Historiae Romanae libri deperditi: excerpta Peiresciana* 60—62; *fragmenta Parisiensia* 1—4 *edita a F. Haasio in Musei philol. Rhen. vol.* 6 *p.* 458 *sq.*

quamque nomine, unam Ebesum, alteram Maioricam, tertiam Minoricam rectissime nominant. Romani vero Gades occuparunt.

11. Masinissa porro vir inter praestantissimos, in re militari et manu et consilio promptissimus, tali de causa a Carthaginiensibus ad Romanos defecit. Hasdrubal Gisgonis filius amicus ei erat et Sophonisbam filiam desponderat. sed cum Syphacem Romanis studere sensisset, abdicata Masinissae affinitate, ut Syphacem Carthaginiensibus reconciliaret, non minimae potentiae principem, adiumento fuit ut Masinissae principatu, cuius pater recens obierat, potiretur: et Sophonisbam in matrimonium dedit, excellenti forma mulierem, in litteris et musica exercitatissimam, adeo urbanam facundam et venustam, ut solo adspectu audituve hominem etiam severissimum in sui amorem pertrahere posset.

His de causis Syphax ad Carthaginienses se contulit: Masinissa Romanos est secutus, quibus per omnem aetatem strenuam navavit ope-

Πυρηναίου τὰ μὲν βίᾳ τὰ δὲ ὁμολογίᾳ προσποιησάμενος ἐς τὴν Λιβύην στείλασθαι ἡτοιμάζετο. οἱ δ' ἐν τῇ Ῥώμῃ τὰ μὲν φθόνῳ τῶν κατορθωμάτων αὐτοῦ, τὰ δὲ φόβῳ μὴ ὑπερφρονήσας C *τυραννίσῃ, ἀνεκαλέσαντο αὐτόν, δύο τῶν στρατηγῶν διαδόχους αὐτῷ πέμψαντες.*

Καὶ ὁ μὲν οὕτω τῆς ἀρχῆς ἐπαύθη, ὁ δέ γε Σουλπίκιος μετὰ τοῦ Ἀττάλου κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον Ὠρεὸν μὲν προδοσίᾳ, Ὀποῦντα δὲ ἰσχύϊ κατέσχεν. ὁ γὰρ Φίλιππος οὐκ ἠδυνήθη αὐτοῖς ἐπαμῦναι διὰ ταχέων, τὰς διόδους προκατασχόντων τῶν Αἰτωλῶν. ὀψὲ δέ ποτε ἐπελθών, εἰς τὰς ναῦς αὐτοῦ τὸν Ἄτταλον καταφυγεῖν ἐβιάσατο. ὁ μέντοι Φίλιππος σπείσασθαι τοῖς Ῥωμαίοις ἠθέλησε· καί τινων λόγων αὐτοῖς γενομένων τὰ μὲν τῆς εἰρήνης ἀφείθη, τοὺς δ' Αἰτωλοὺς ἀπὸ τοῦ συμμαχεῖν τοῖς Ῥωμαίοις μεταθέμενος φίλους ἑαυτοῦ ἐποιήσατο.

Ὁ δ' Ἀννίβας τέως ἡσυχίαν ἦγεν, ἀγαπῶν εἰ τὰ ὑπάρχοντά D *οἱ διασώσαιτο. καὶ οἱ ὕπατοι νομίζοντες αὐτὸν καὶ ἄνευ μάχης ἐκτρυχωθῆναι, ἀνεῖχον.*

Τῷ δ' ἐπιόντι ἔτει ὅ τε Σκιπίων ὁ Πούπλιος καὶ Λικίννιος Κράσσος ὑπάτευσαν. καὶ ὁ μὲν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ ἔμεινεν, ὁ δὲ Σκιπίων ἐς Σικελίαν ἀπελθεῖν καὶ ἐς Λιβύην προσετέτακτο, ἵνα εἰ μὴ τὴν Καρχηδόνα αἱρήσει, τόν γε Ἀννίβαν τέως ἀπὸ τῆς Ἰτα-

4 *τυραννήσῃ* AC. *στρατιωτῶν* A: Dio *στρατηγῶν*: *proconsules* Liv. 28 38 coll. 29 13. 8 *ὁ φίλιππος γὰρ* B. 9 *διεξόδους* B: Dio *διόδους*. 18 *λικίνιος* B. 19 *κράσος* codices passim. *καὶ ὁ μὲν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ ἔμεινεν* Dionis excerptum Peirescianum 62. 21 *τέως* post *Ἰταλίας* A.

ram. Scipio cum omnia quae intra Pyrenaeos montes sunt partim vi partim deditione cepisset, traiicere in Africam statuit. Romani autem, partim ex invidia successuum eius, partim veriti ne per superbiam regnum affectaret, duos ei successores dederunt.

Sic Scipio imperium deposuit: Sulpicius autem cum Attalo eodem tempore Oreum proditione, Opuntem vi occupavit. Philippus enim eis mature opem ferre non potuit, viis qua transeundum erat ab Aetolis insessis. sed sero tandem cum venisset, Attalo in naves suas compulso, pacem cum Romanis facere voluit. sed cum post multa verba condiciones non placuissent, pace repudiata Aetolos a Romanorum amicitia ad se traduxit.

Hannibal autem interea quievit, sua tueri sat habens: neque a consulibus est lacessitus, eum citra dimicationem subactum iri putantibus.

Sequenti anno P. Scipio et Licinius Crassus consules facti. quorum hic in Italia mansit, altero in Siciliam et Africam ire iusso, ut si Carthaginem non caperet, saltem Hannibalem ex Italia avocaret. sed

λίας ἀνθελκύσῃ. οὔτε δὲ στράτευμα ἀξιόλογον οὔτε πρὸς τριήρεις ἀνάλωμα ἔλαβε, διὰ τὰς ἀριστείας φθονούμενος· μόλις δὲ καὶ τὰ πάνυ ἀναγκαῖα παρέσχον αὐτῷ. καὶ ὁ μὲν σὺν τῷ ναυτικῷ τῶν συμμάχων καί τισιν ἐθελονταῖς ἐκ τοῦ δήμου ἀπῆρεν, ὁ δὲ Μαγὼν ἐκ τῆς νήσου παραπλεύσας εἰς τὴν Λιγυστικὴν ἀπέβη. ὁ Κράσσος δ' ἐν τῇ Βρεττίᾳ τῷ Ἀννίβᾳ προσήδρευεν. P I 437 ὁ μέντοι Φίλιππος κατηλλάγη Ῥωμαίοις· Πούπλιον γὰρ Σεμπρώνιον εἰς Ἀπολλωνίαν ἐλθόντα σὺν πολλῇ δυνάμει αἰσθόμενος, ἀσμένως ἐσπείσατο.

Σκιπίων δ' ὁ ὕπατος εἰς Σικελίαν κατάρας παρεσκευάζετο μὲν ὡς ἐς Λιβύην πλεύσων, οὐκ ἠδυνήθη δέ, μήτε δύναμιν ἐντελῆ καὶ αὐτὴν ἀσυγκρότητον ἔχων. διὸ πάντα τὸν χειμῶνα ἐκεῖσε διήγαγε, τοὺς σὺν αὐτῷ ἐξασκῶν καὶ ἄλλους προσκαταλέγων. W II 93 μέλλοντι δὲ περαιώσασθαι ἀγγελία αὐτῷ ἐκ Ῥηγίου ἧκε, τὴν πόλιν τὴν τῶν Λοκρῶν τινὰς προδώσειν. τοῦ γὰρ φρουράρχου καταβοήσαντες καὶ μηδεμιᾶς ἐκδικίας παρὰ τοῦ Ἀννίβου τυχόντες πρὸς τοὺς Ῥωμαίους ἀπέκλιναν. δύναμιν οὖν πέμψας B ἐκεῖ, πολλὰ τῆς πόλεως νυκτὸς μετὰ τῶν προδιδόντων κατέλαβε. τῶν δὲ Καρχηδονίων εἰς τὴν ἄκραν συνειληθέντων καὶ τὸν Ἀννίβαν μετακαλεσαμένων, κατὰ τάχος ἐξανήχθη καὶ ὁ Σκιπίων, καὶ πλησιάσαντα τῇ πόλει αἰφνιδίῳ ἐπεκδρομῇ ἀπεώσατο. εἶτα λαβὼν

1 ἀνθελκύσει C. 10 εἰς σικελίαν A, εἰς ἰταλίαν BC codices Regii et Colbert. W, ἐξ Ἰταλίας P ex Ducangii coniectura. κατάρας ABC codices Regii W, ἀπάρας codex Colbert. P. 11 ὡς om C. Λιβύην] Σικελίαν libri omnes, manifesto errore. πλεῦσαι A. 12 αὐτὴν] μήτε A. 13 ἐκεῖ A. 15 τὴν alterum om A. 18 κατέλαβον A. 20 ἐξηνέχθη A. 21 ἐπιδρομῇ ἀπώσατο A.

nec iustus exercitus nec sumptus ad parandam classem, ex rei bene gestae invidia, datus est, vix summe necessariis suppeditatis. nihilominus tamen cum classe sociorum et quibusdam ex populo voluntariis discessit. Mago ex insula in Liguriam profectus exscensum fecit. Crassus in Bruttiis Hannibalem observavit. Philippus cum P. Sempronium cum magnis copiis Apolloniam venisse didicisset, cupide pacem fecit.

Scipio vero cum ad Siciliam appulisset, se ut in Africam traiiceret parans, id facere non potuit, quod nec iustas nec exercitatas copias haberet. quare totam hiemem ibi exegit, ut et milites quos habebat exerceret, et novos delectus haberet. traiecturo nuntius Rhegio allatus est, Locrensium urbem quosdam proditoros esse. nam cum ab Hannibale contra praesidii praefectum vociferantes negligerentur, ad Romanos inclinarunt. missa igitur parte copiarum magnam urbis partem proditorum opera occupavit. cum autem Carthaginienses in arce conglobati Hannibalem arcessivissent, Scipio ipse celeriter eo navigavit, et eruptione facta illum ad urbem accedentem reppulit. deinde arce potitus

τὴν ἀκρόπολιν καὶ ἐπιτρέψας τὴν πᾶσαν πόλιν δύο χιλιάρχοις ἀνέπλευσεν. οὐκ ἠδυνήθη μέντοι τῇ Λιβύῃ προσπλεῦσαι. οὕτω δ' οἱ Καρχηδόνιοι τὴν ὁρμὴν αὐτοῦ ἔδεισαν, ὥστε χρήματα μὲν τῷ Φιλίππῳ στεῖλαι ἵν' εἰς τὴν Ἰταλίαν στρατεύσῃ, καὶ τῷ Ἀν-
C νίβᾳ καὶ σῖτον πέμψαι καὶ στρατιώτας, καὶ ναῦς τῷ Μαγῶνι καὶ χρήματα ἵνα τὸν Σκιπίωνα κωλύσῃ περαιωθῆναι. ἐκ δὲ σημείων τινῶν νίκην οἱ Ῥωμαῖοι λαμπρὰν ἐλπίσαντες, τήν τε ἐν τῇ Λιβύῃ στρατιὰν τῷ Σκιπίωνι καὶ δύναμιν ἄλλην ὡς ἂν ἐθελήσῃ καταλέξασθαί οἱ ἐπέτρεψαν. τῶν γὰρ ὑπάτων Μάρκον μὲν Κέθηγον τῷ Μαγῶνι, Πούπλιον δὲ Σεμπρώνιον τῷ Ἀννίβᾳ ἀντέταξαν.

12. Οἱ δέ γε Καρχηδόνιοι δείσαντες τὸν Μασινίσσαν μὴ Σκιπίωνι πρόσθηται, ἔπεισαν τὸν Σύφακα τὴν ἀρχὴν αὐτῷ ἀπο-
D δοῦναι, ὡς καὶ αὖθις αὐτὴν ἀνακτησόμενον. ὁ οὖν Μασινίσσας ὑπώπτευε μὲν τὸ πραττόμενον, κατηλλάγη δὲ δῆθεν, ἵνα πιστὸς νομισθεὶς μέγα τι σφῆλαι αὐτοὺς δυνηθῇ· μᾶλλον γὰρ ὑπὲρ τῆς Σοφωνίδος ἢ τῆς βασιλείας ὠργίζετο. διὸ καὶ τοῖς Ῥωμαίοις προσέκειτο, ὑποκρινόμενος τὰ τῶν Καρχηδονίων αἱρεῖσθαι. ὁ δέ γε Σύφαξ τὰ τῶν Λιβύων πράττων ἐπλάττετο Ῥωμαίοις ἔνσπονδος εἶναι, καὶ στείλας πρὸς τὸν Σκιπίωνα παρῄνει μὴ ποιήσασθαι τὴν διάβασιν. ἀκούσας δὲ ταῦτα δι' ἀπορρήτων ὁ Σκιπίων, ἵνα μὴ γνῶσιν οἱ στρατιῶται, τόν τε κήρυκα αὐθημερὸν ἀπέπεμψε μηδενὶ ἄλλῳ προσομιλήσαντα, καὶ τὸ στράτευμα συγκαλέσας ἐπέσπευδε

8 ἐθελήσοι A. 13 αὐτὸν B. 17 δέ γε AB, δὲ PW. 22 ἔσπευδε AB.

Fontes. *Cap.* 12. *Dionis Historiae Romanae libri deperditi: fragmenta Parisiensia* 5 6, *excerptum Peirescianum* 65.

totaque urbe duobus tribunis militum mandata rediit. verum in Africam traiicere non potuit. sic autem Carthaginienses adventum eius timuerunt, ut pecunia missa Philippum ad bellum Italiae inferendum concitarent, et Hannibali frumentum et milites mitterent, Magoni classem et pecuniam, ut a traiectu Scipionem prohiberet. Romani autem, ex ostentis quibusdam illustris victoriae spe concepta, legiones Africanas et novos militum delectus quot vellet Scipioni decreverunt. ex consulibus vero M. Cethegum Magoni, P. Sempronium Hannibali opposuerunt.

12. Carthaginienses autem metuentes ne se Masinissa cum Scipione coniungeret, Syphaci persuaserunt ut illi principatum restitueret, facile eundem recepturus. Masinissa fraudem intelligens, reconciliationem ipse quoque simulavit, ut eos magna clade afficeret, ob Sophonisbam quam propter principatum amissum iratior. itaque Romanis studuit, quamvis se partes Carthaginiensium fovere profiteretur. contra Syphax cum Afris consultum vellet, se Romanum foedus colere praetendebat. a quo Scipio admonitus ne traiiceret, caduceatore eodem die clam ablegato, ut cum nemine colloqui posset, ne id rescisceerent milites,

τὴν διάβασιν, ἔτι τοὺς Καρχηδονίους ἀπαρασκεύους λέγων εἶναι, P I 438 καὶ πρότερον μὲν τὸν Μασινίσσαν, τότε δὲ καὶ τὸν Σύφακα μετακαλεῖσθαι αὐτοὺς καὶ χρονίζουσιν ἐγκαλεῖν. ταῦτα εἰπὼν μηδὲν ἔτι μελλήσας ἐξανήχθη· καὶ πρὸς τὸ ἀκρωτήριον τὸ καλούμενον Ἀπολλώνιον προσορμίσας τὰς ναῦς ἐστρατοπεδεύσατο καὶ τὴν χώραν ἐπόρθει, προσέμισγέ τε ταῖς πόλεσι καὶ εἷλέ τινας. ἐγκειμένων δὲ τῶν Ῥωμαίων τῇ χώρᾳ, Ἄννων ὁ ἵππαρχος, υἱὸς ὢν τοῦ Ἀσδρούβου τοῦ Γίσγωνος, ἀνεπείσθη πρὸς τοῦ Μασινίσσου ἐπιθέσθαι αὐτοῖς. ὁ οὖν Σκιπίων ἱππέας πέμψας τινὰς χωρία πρὸς καταδρομὴν ἐπιτήδεια ἐληΐζετο, ἵν' ὑποφεύγοντες ἐπισπάσωνται τοὺς ἐπιδιώκοντας. τῶν οὖν Καρχηδονίων ἐπισπομένων B αὐτοῖς κατὰ τὰ ξυγκείμενα τραπομένοις, ὁ Μασινίσσας τε κατὰ νώτου γενόμενος μετὰ τῶν ἀμφ' αὐτὸν ἐπέθετο τοῖς διώκουσι, καὶ ὁ Σκιπίων ἐκ τοῦ λόχου ἐπεκδραμὼν προσέμιξεν αὐτοῖς. καὶ πολλοὶ μὲν ἐφθάρησαν, πολλοὶ δὲ καὶ ἑάλωσαν, καὶ ὁ Ἄννων αὐτός. διὸ ὁ Ἀσδρούβας τὴν μητέρα τοῦ Μασινίσσου συνέλαβε· καὶ ἀνταπεδόθησαν. ὁ δὲ Σύφαξ τῆς πρὸς Ῥωμαίους φιλίας τὴν δόκησιν ἀπειπὼν φανερῶς τοῖς Καρχηδονίοις συνήρατο. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι καὶ ἐληΐζοντο τὴν χώραν, καὶ συχνοὺς τῶν ἐκ τῆς Ἰταλίας ὑπὸ τοῦ Ἀννίβου πρὸς τὴν Λιβύην πεμφθέντων ἀνεκομίσαντο, καὶ κατὰ χώραν ἐχείμασαν.

Μετὰ δὲ ταῦτα Γναίου Σκιπίωνος καὶ Γαΐου Σερουϊλίου

2 δὲ] δὴ libri. 5 ἐστρατοπεδεύσατο — 21 κατὰ χώραν ἐχείμασαν Dionis fragmenta Parisiensia 5 6. 10 ἐπιτήδεια om A. 11 ἐπισπωμένων A Dionis codex Parisiensis. 15 Ἄννων] ἀννίβας A: Dio Ἄννωνα. 18 συνήρετο AC. 22 Σκιπίωνος] immo Καιπίωνος.

convocato exercitu traiectum maturavit, Carthaginienses adhuc imparatos esse dicens, eosque pridem Masinissam, nunc Syphacem arcessisse, eorumque moram accusare. his dictis nihil amplius cunctatus solvit. et classe ad Apollonium promontorium subducta castrisque positis agros vastavit et oppida quaedam cepit. tum Masinissa Hannoni, Hasdrubalis Gisgonis filio, magistro equitum, persuasit ut Romanos adoriretur. Scipio igitur missis equitibus quaedam idonea loca populatur, ut ii refugiendo persequentes attraherent. qui cum ex composito in fugam versi, a Carthaginiensibus urgerentur, Masinissa a tergo adortus est Afros, et Scipio ex insidiis impetum in eos fecit; ac multis caesis, multi cum ipso Hannone capti sunt: quem Hasdrubal cum Masinissae matre permutatum redemit. deinde Syphax, Romanae amicitiae simulatione abiecta, palam Carthaginiensibus opem tulit. Romani vero et agros populabantur, et multos qui ab Hannibale ex Italia in Africam mittebantur recipiebant, et in hibernis ibi manserunt.

Post haec Gnaeo Scipione [Caepione] et Gaio Servilio consulibus

C W II 94 ὑπατευσάντων οἵ τε Καρχηδόνιοι ἐλαττωθέντες τῷ πολέμῳ συμβῆναι ἠθέλησαν, καὶ ὁ Ἀννίβας καὶ ὁ Μαγὼν ἐκ τῆς Ἰταλίας ἐξέπεσον. οἱ μὲν γὰρ ὕπατοι τῷ Ἀννίβᾳ καὶ τῷ Μαγῶνι ἀντικαθίσταντο, Σκιπίων δὲ τήν τε Λιβύην ἐκάκου καὶ ταῖς πόλεσι προσέβαλλε. κἂν τούτῳ ναῦν Καρχηδονίαν λαβὼν ἀφῆκεν, ἐπεὶ πρὸς αὐτὸν ἐπὶ πρεσβείᾳ ἀφικνεῖσθαι ἐπλάσαντο. ᾔδει μὲν γὰρ τὸ πλάσμα, προετίμησε δὲ τὸ μὴ διαβληθῆναι ὡς πρέσβεις κατεσχηκώς. καὶ τοῦ Σύφακος πράττοντος ἔτι διαλλαγάς, ὥστε ἐκ τῆς Λιβύης μὲν τὸν Σκιπίωνα, τὸν δ' Ἀννίβαν ἐκ τῆς Ἰταλίας ἀπᾶραι, ἐδέξατο τὸν λόγον, οὐχ ὡς πιστεύων αὐτῷ, ἵνα δὲ D σφήλῃ αὐτόν. τῶν γὰρ στρατιωτῶν ἄλλοτε ἄλλους κατὰ τὴν τῶν σπονδῶν πρόφασιν ἐς τὸ στρατόπεδον τὸ τῶν Καρχηδονίων πέμπων καὶ τὸ τοῦ Σύφακος, ἐπεὶ ἐκεῖνοι πάντα τὰ παρ' αὐτοῖς κατεσκέψαντο, τὴν σύμβασιν ἀπ' εὐλόγου δή τινος σκήψεως, ἄλλως τε καὶ ὅτι ὁ Σύφαξ ἐπιβουλεύων ἐφωράθη τῷ Μασινίσσᾳ, διεκρούσατο. νυκτὸς δ' ἦλθεν εἰς τὰ στρατόπεδα αὐτῶν οὐ πάνυ ἀλλήλων διέχοντα, καὶ πῦρ ἐς τὸ τοῦ Ἀσδρούβου πολλαχόθεν ἅμα ὑπέβαλε. καὶ ἐμπρησθέντος ῥᾷστα αὐτοῦ (ἐκ γὰρ καλάμης καὶ ἐκ φυλλάδων ἐπεποίηντο αὐτοῖς αἱ σκηναί) οἵ τε Καρχηδόνιοι κακῶς ἀπήλλαξαν, καὶ οἱ περὶ τὸν Σύφακα βοηθῆσαι αὐτοῖς ἐθελήσαντες τοῖς τε Ῥωμαίοις τοῖς περιέχουσιν περιέπεσον, καὶ P I 439 αὐτοὶ ἀπώλοντο, καὶ τὸ στρατόπεδον προσενεπρήσθη αὐτῶν, καὶ

2 ἠθέλησαν C, ἐθέλησαν PW. 5 κἂν τούτῳ — 11 σφήλῃ αὐτόν Dionis excerptum Peirescianum 65. καρχηδονίων A: Dio Καρχηδονίαν. 8 post ὥστε P add καὶ, om ABCW. 14 σκέψεως C. 17 εἰς A. 18 ὑπέβαλλε A. 21 ἐθελήσαντες AC, ἐθελήσαντας PW.

Carthaginienses bello fatigati pacem expetiverunt, et Mago atque Hannibal Italia exciderunt. consulibus enim Hannibali et Magoni resistentibus, in Africam Scipio grassans urbes oppugnabat. interim navem Carthaginiensem captam, cum vectores se legatos ad illum ire simularent, missam fecit, non ignoratione commenti, sed ne infamia violatae legationis adspergeretur. Syphace de condicionibus agente, ut Scipio Africa, Italia excederet Hannibal, assensus est; non quod homini fidem haberet, sed ut eum in fraudem illiceret. nam cum per induciarum licentiam alias aliis militibus in Carthaginiensium et Syphacis castra missis omnem illorum apparatum explorasset, probabilibus de causis, eaque potissimum quod Syphacem Masinissae insidiatum esse constabat, pacta rescidit; noctuque in eorum castra venit, parvo disiuncta intervallo, et Hasdrubalis castris passim ignem iniecit. quae cum facillime incensa essent (nam tabernacula ex culmis et frondibus confecta erant), et Carthaginienses male tractati sunt, et Syphacis milites opem laturi a Romanis in procinctu stantibus occisi, eorum quoque castris succensis,

ἐφθάρησαν πολλοὶ καὶ ἵπποι καὶ ἄνθρωποι. οἱ Ῥωμαῖοι δὲ ταῦτα πεποιηκότες νυκτὸς μὲν οὐδὲν ἔπαθον, ἡμέρας δ᾿ ἐπιφανσάσης Ἴβηρες ἄρτι Καρχηδονίοις ἐπὶ συμμαχίᾳ ἐλθόντες προσέπεσον αὐτοῖς ἀπροσδόκητοι καὶ πολλοὺς ἀπέκτειναν.

Εὐθὺς οὖν Ἀσδρούβας μὲν εἰς τὴν Καρχηδόνα, Σύφαξ δὲ οἴκαδε ἀπεχώρησεν. ὁ δέ γε Σκιπίων Σύφακι μὲν τὸν Μασινίσσαν καὶ Γάϊον ἀντέταξε Λαίλιον, αὐτὸς δ᾿ ἐπὶ τοὺς Καρχηδονίους ἤλασεν. οἱ δ᾿ αὖ Καρχηδόνιοι πρὸς τὸ ἔρυμα τῶν Ῥωμαίων, ᾧ χειμαδίῳ ἐχρῶντο καὶ ἐς ὃ ἀπετίθεντο πάντα, ναῦς ἔπεμψαν, ἵνα ἢ αὐτὸ αἱρήσωσιν ἢ ἀφ᾿ ἑαυτῶν ἀπάξωσι τὸν Σκιπίωνα. καὶ B ἔσχεν οὕτως· μαθὼν γὰρ τὸ γινόμενον ἀπανέστη, καὶ ἐπειχθεὶς πρὸς τὸν ναύσταθμον διὰ φυλακῆς αὐτὸν ἐποιήσατο. καὶ τῇ μὲν πρώτῃ ἡμέρᾳ ῥᾳδίως τοὺς προσμίξαντας αὐτοῖς ἀπεώσαντο οἱ Ῥωμαῖοι, τῇ δ᾿ ὑστεραίᾳ πολὺ ἠλαττώθησαν· καὶ ναῦς γὰρ τῶν Ῥωμαίων χειρῶν σιδηρῶν ἐπιβολῇ ἀπέσπασαν. ἀποβῆναι δ᾿ ἐς τὴν γῆν οὐκ ἐτόλμησαν, ἀλλ᾿ ἀναπλεύσαντες οἴκαδε τὸν Ἀσδρούβαν ἀπεχειροτόνησαν, Ἄννωνα δέ τινα ἀνθείλοντο. κἀκ τούτου Ἄννων μὲν στρατηγὸς ἦν, ἐκεῖνος δὲ καθ᾿ ἑαυτὸν δούλους τινὰς καὶ αὐτομόλους παραλαβὼν δύναμιν οὐκ ἀσθενῆ συνεκρότησε, καί τινας τῶν Ἰβήρων τῶν συστρατευομένων τῷ Σκιπίωνι κρύφα C ἀναπείσας ἐπεχείρησε νυκτὸς ἐπιβουλεῦσαι τῷ στρατοπέδῳ αὐτοῦ. κἂν ἐξειργάσατό τι, εἰ μὴ οἵ τε μάντεις ὑπὸ ὀρνίθων ἐκταραχθέντες καὶ ἡ τοῦ Μασινίσσου μήτηρ θειάσασα ζήτησιν αὐτῶν γενέ-

10 αἱρήσουσιν B. 23 θειάσασα A. [ἐκ]

in quibus multi et equi et homines perierunt. Romani cum haec noctu perpetrassent, nihil incommodi acceperunt: sed mane Hispani qui Carthaginiensibus recens auxilio venerant ex improviso impetu in illos facto multos occiderunt.

Inde Hasdrubal statim Carthaginem, Syphax domum rediit. Scipio vero Syphaci Masinissam et C. Laelium opposuit, ipse contra Carthaginienses est profectus. illi vero ad munitionem castrorum in quibus Romani hibernarant, quoque omnia sua contulerant, naves miserunt, ut aut eas caperent aut Scipionem a sese removerent. nec frustrati sunt: eo enim cognito, obsidione relicta propere stationem navium custodiit. primo die hostes facile propulsarunt Romani, postridie longe inferiores fuerunt: nam Carthaginienses ferreis manibus iniectis naves aliquot eorum revellerunt. sed in terram exscendere non ausi, navibus domum reductis, imperium Hasdrubali abrogatum Hannoni cuidam tradiderunt. inde Hasdrubal servis et transfugis susceptis suapte auctoritate copias non imbecilles coegit, et Hispanis qui in castris Scipionis militabant sibi clam conciliatis noctu castra eius ex insidiis adoriri instituit. atque effecisset aliquid, nisi et augures auspiciis turbati et Masinissae mater

σθαι ἐποίησαν. καὶ οἱ μὲν προκαταληφθέντες ἐκολάσθησαν, καὶ
ὁ Σκιπίων αὖθις ἐπὶ τὴν Καρχηδόνα ἐστράτευσε καὶ τὴν γῆν αὐ-
τῶν ἐδῄου, (13) Σύφαξ δὲ ἐπολέμει τοῖς περὶ τὸν Λαίλιον. καὶ
χρόνον τινὰ ἀντέσχεν· εἶτα ὑπερέσχον οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ πολλοὺς
μὲν ἐφόνευσαν, πολλοὺς δὲ ἐζώγρησαν, καὶ τὸν Σύφακα εἷλον.
D καὶ τὴν Κίρταν τὰ βασίλεια αὐτοῦ παρέλαβον ἀμάχως, τοῖς ἔνδον
δεδεμένον αὐτὸν ἐπιδείξαντες.
Ἦν δ' ἐκεῖ καὶ ἡ Σοφωνίς. καὶ πρὸς αὐτὴν ὁ Μασινίσσας
W II 95 εὐθὺς εἰσεπήδησε, καὶ περιλαβὼν αὐτήν "ἔχω μὲν Σύφακα"
εἶπε "τὸν ἀφαρπάσαντά σε, ἔχω δὲ καὶ σέ. ἀλλὰ μὴ δέδιθι·
οὐδὲ γὰρ αἰχμάλωτος γέγονας, ἐμὲ σύμμαχον ἔχουσα." ταῦτ'
εἰπὼν ἔγημεν αὐτὴν παραχρῆμα, προκαταλαβὼν τοὺς Ῥωμαίους,
μή πως αὐτῆς ἁμάρτῃ γενομένης ἐν τοῖς λαφύροις. εἶτα καὶ τὰς
ἄλλας πόλεις τοῦ Σύφακος προσεποιήσαντο. καὶ πρὸς τὸν Σκι-
P I 440 πίωνα ἦλθον ἄγοντες τά τε λοιπὰ καὶ τὸν Σύφακα. καὶ ὃς ἰδὼν
αὐτὸν δεδεμένον οὐκ ἤνεγκεν, ἀλλὰ τῆς παρ' αὐτῷ μνημονεύσας
ξενίας καὶ τὰ ἀνθρώπεια ἀναλογισάμενος ἀνεπήδησεν ἐκ τοῦ
δίφρου ἔλυσέ τε αὐτὸν καὶ ἐδεξιώσατο καὶ ἐντίμως ἦγε. καί ποτε
ἤρετο "τί σοι δόξαν ἐπολέμησας ἡμῖν;" ὁ δὲ ἑαυτόν τε σοφῶς
ἐξῃτήσατο ἅμα καὶ τὸν Μασινίσσαν ἠμύνατο, εἰπὼν αἰτίαν αὐτῷ

8 ὁ om A. 10 εἶπε add AB. 12 παραυτίκα A. 14 προσεποιήσαντο ABCW, προσεποιήσατο P. καὶ πρὸς τὸν Σκιπίωνα — 18 ἐντίμως ἦγε Dionis excerptum Peirescianum 66. 15 ἰδὼν om B. 19 ἡμῶν A. τε om A. 20 ἐξῃτιάσατο C.

Fontes. *Cap.* 13. *Dionis Historiae Romanae libri deperditi: excerpta Ursiniana* 153 154, *Peirescianum* 66.

divino quodam afflatu effecissent ut quaestiones de eis haberentur. sic illis ante perpetratum facinus supplicio affectis Scipio rursus ad Carthaginem admoto exercitu agrum ussit: (13) Syphax cum Laelio ad tempus restitisset, tandem Romani superiores evaserunt, multis occisis, multis captis, atque ipso Syphace. quem cum vinctum ostendissent iis qui Cirtam regiam eius tuebantur, urbem citra pugnam occuparunt.

Ibi etiam Sophonisba erat. ad quam Masinissa statim insiliit, et mulierem amplexus "habeo" inquit "Syphacem qui te mihi rapuit, habeo et te. sed timere noli: neque enim capta es, me socio." haec locutus statim eam uxorem duxit, veritus ne, si Romanos exspectasset, illa in manubias relata excideret. deinde reliquis oppidis subactis praeter alia Syphacem ad Scipionem vinctum adduxerunt. quod ille spectaculum non tulit, sed memor eius hospitii et humanorum casuum e sella exsiliit, eumque solutum porrecta dextera honorifice habuit. cum autem eum aliquando rogasset quo consilio bellum Romanis intulisset, ille pari calliditate et seipsum excusavit et Masinissam ultus est. id enim Sopho-

τὴν Σοφωνίδα γενέσθαι. τῷ γὰρ πατρὶ τῷ Ἀσδρούβᾳ χαριζομένην καταδῆσαι αὐτὸν μαγγανείαις, ὥστε καὶ ἄκοντα τὰ τῶν Καρχηδονίων πρᾶξαι· "ἀλλ' ὅτι ὑπὸ γυναικὸς ἠπάτημαι, ἀξίαν ἔδωκα δίκην· ἔχω δ' οὖν τι ἐν κακοῖς παραμύθιον, ὅτι ὁ Μασινίσσας αὐτὴν ἔγημε· πάντως γὰρ καὶ ἐκεῖνον ὁμοίως διολέσει." B

Ὁ δὲ Σκιπίων ὑποπτεύσας ταῦτα περὶ τοῦ Μασινίσσου ἐκάλεσέ τε αὐτὸν καὶ ᾐτιάσατο ὅτι γυναῖκα πολεμίαν καὶ αἰχμάλωτον ἄνευ τῆς αὐτοῦ γνώμης οὕτω ταχέως ἔγημε, καὶ παραδοῦναι τοῖς Ῥωμαίοις αὐτὴν ἐκέλευσεν. ὁ δὲ περιαλγήσας μέν, εἰσπηδήσας δ' εἰς τὴν σκηνὴν ἔφη τῇ Σοφωνίδι "εἰ μὲν οἷός τ' ἦν τῷ ἑαυτοῦ θανάτῳ ἐλευθέραν φυλάξαι σε καὶ ἀνύβριστον, προθύμως ἂν σου ὑπεραπέθανον· ἐπεὶ δὲ τοῦτο ἀδύνατον, προπέμπω σε ἔνθα κἀγὼ καὶ ἅπαντες ἀφιξόμεθα." καὶ ταῦτα εἰπὼν φάρμακον αὐτῇ ὤρεξεν. ἡ δὲ οὔτ' ἀνωλοφύρατο οὔτ' ἐστέναξεν, C ἀλλὰ καὶ πάνυ γενναίως "εἰ τοῦτό σοι," ἔφη "ἄνερ, δοκεῖ, κἀγὼ πείθομαι· τῆς γὰρ ψυχῆς μου μετὰ σὲ οὐδεὶς ἄλλος κυριεύσει· εἰ δὲ τοῦ σώματός μου Σκιπίων δεῖται, νεκρὸν αὐτο λαβέτω." καὶ ἡ μὲν οὕτως ἀπέθανε, Σκιπίων δὲ τὸ ἔργον ἐθαύμασεν.

Οἱ δ' ἐν τῇ Ῥώμῃ, τοῦ Λαιλίου τὸν Σύφακα καὶ τὸν υἱὸν ἐκείνου Οὐερμίναν ἀγαγόντος ἐκεῖ καὶ τῶν ἄλλων τινὰς τῶν πρώτων, τὸν μὲν Σύφακα εἰς τὴν Ἄλβαν κατέθεντο καὶ τελευτήσαντα

1 τῷ alterum om A. 9 ἐκέλευσεν A, ἐκέλευε PW. 10 σοφωνίτιδι A. 13 σε om A.

nisbae impulsu factum esse dixit, a qua in patris Hasdrubalis gratiam praestigiis quibusdam fuerit irretitus ut vel invitus studeret Carthaginiensibus. etsi autem muliebris imposturae iustas poenas lueret, tamen id in malis se habere solatii, quod Masinissa ea ducta omnino in simile exitium praecipitandus esset.

Ea suspicione motus Scipio cum Masinissa statim expostulat quod mulierem hostem et captivam se inscio tam properanter duxisset; eamque tradi Romanis iubet. quibus verbis ingenti dolore affectus Masinissa subito in tabernaculum insiliens Sophonisbae ait "si meo ipsius interitu te liberam et inviolatam tueri possem, cupide pro te mortem oppeterem: verum quia id fieri non potest, eo te praemitto quo et ego et omnes perveniemus." his dictis ei venenum porrigit. illa vero citra eiulatum et gemitum generoso animo respondet "si tibi istud, marite, placet, pareo: nam animo quidem meo nemo alius dominabatur: si autem Scipio corpus meum requirit, mortuum id accipiat." atque illa sic obiit: Scipio factum mulieris admiratus est.

Romani Syphacem cum filio Vermina et aliis principibus a Laelio in urbem perductum Albae asservarunt, et defunctum publice sepeli-

δημοσίᾳ ἔθαψαν, τῷ δὲ Οὐερμίνᾳ τὴν βασιλείαν τοῦ πατρὸς ἐπεκύρωσαν καὶ τοὺς ζωγρηθέντας Νομάδας ἐχαρίσαντο.

Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι περὶ σπονδῶν ἐπικηρυκευσάμενοι τῷ
D Σκιπίωνι χρήματά τε εὐθὺς ἔδοσαν καὶ τοὺς αἰχμαλώτους πάντας ἀπέδωκαν καὶ ὑπὲρ τῶν λοιπῶν πρεσβείαν εἰς τὴν Ῥώμην ἀπέστειλαν. τοὺς δέ γε πρέσβεις οἱ Ῥωμαῖοι τότε οὐ προσεδέξαντο, λέγοντες οὐκ εἶναι πάτριον σφίσι στρατοπέδων ἐν τῇ Ἰταλίᾳ ὄντων τισὶ πρεσβείαν προσίεσθαι ἐξ αὐτῶν καὶ χρηματίζειν ὑπὲρ εἰρήνης. ὕστερον δέ, ἀπάραντος τοῦ τε Ἀννίβου καὶ τοῦ Μαγῶνος, λόγου σφίσι μετέδωκαν καὶ ἐψηφίσαντο τὰς σπονδάς. ἐξεχώρησαν δὲ τῆς Ἰταλίας ὅ τε Ἀννίβας καὶ ὁ Μαγὼν οὐ διὰ τὴν σύμβασιν, ἀλλὰ πρὸς τὸν οἴκοι πόλεμον ἐπειγόμενοι.

P I 441 Οἱ δ' ἐν τῇ Λιβύῃ Καρχηδόνιοι οὐδὲ πρότερον εἰρηναῖόν τι φρονοῦντες, καὶ περὶ σπονδῶν ἐπὶ τῇ τοῦ χρόνου τριβῇ διὰ τὴν τοῦ Ἀννίβου παρουσίαν ἐπικηρυκευσάμενοι, ὡς τὸν Ἀννίβαν πλησιάζοντα ἔμαθον, ἀνεθάρσησαν, καὶ ἐπέθεντο τῷ Σκιπίωνι κατὰ γῆν τε καὶ κατὰ θάλασσαν. κἀκείνου περὶ τούτου αὐτοῖς ἐγκαλέσαντος, οὔτε μέτριόν τι τοῖς πρέσβεσιν ἀπεκρίναντο, καὶ ἐπεβούλευσαν αὐτοῖς ἀποπλεύσασι· καὶ εἰ μὴ πνεῦμα τυχαίως συμβὰν αὐτοῖς ἐβοήθησεν, ἀπώλοντο ἄν. ὅθεν καὶ ὁ Σκιπίων ἐν τούτῳ τῆς ψήφου τῆς περὶ τῆς εἰρήνης κομισθείσης οὐκέτι
W II 96 αὐτὴν ἐποιήσατο. οἱ οὖν Καρχηδόνιοι τὸν μὲν Μαγῶνα εἰς τὴν

3 Οἱ δὲ — 10 τὰς σπονδάς Dionis excerptum Ursinianum 153. 7 πάτριον] πρὶν A. 10 λόγων A. 13 εἰρηναῖα τε A. 16 ἐπέθεντο τῷ — 22 αὐτὴν ἐποιήσατο Dionis excerptum Ursinianum 154. 17 τε om C. κατὰ alterum om A. 21 τούτοις A.

verunt: Verminae paternum regnum confirmarunt, captivis Numidis dono datis.

Carthaginienses autem caduceatoribus de pace missis statim pecuniam Scipioni dederunt, captivisque omnibus redditis, caeteris de rebus legatos Romam miserunt. qui tum a Romanis admissi non sunt: negabant enim moris maiorum esse ut eorum de pace legatos audirent qui castra haberent in Italia. post discessum autem Hannibalis et Magonis, iis auditis, pacis condiciones acceperunt. illi porro Italia excesserunt, non propter pacificationem, sed ad bellum domesticum properantes.

At Carthaginienses, cum prius etiam pacem minime cogitarent, nec eam alio consilio petiissent nisi ut tempus tererent dum veniret Hannibal, eius adventu recreati Scipionem terra marique invaserunt. illo vero expostulante, neque quicquam moderati legatis responderunt, et abeuntes per insidias occidissent, nisi fortuito vento exorto essent conservati. itaque Scipio senatusconsultum de pace interim allatum non ratum habuit. Carthaginienses vero Magone in Italiam remisso Hanni-

Ἰταλίαν ἀνέπεμψαν, τὸν δ' Ἀννίβαν αὐτοκράτορα στρατηγὸν B ἀπέδειξαν, τὸν Ἄννωνα τῆς ἀρχῆς παύσαντες. τὸν δ' Ἀσδρούβαν καὶ ἀποκτεῖναι ἐψηφίσαντο, φαρμάκῳ δὲ ἑκουσίως φθαρέντα καὶ νεκρὸν ᾐκίσαντο. Ἀννίβας μὲν οὖν πᾶσαν τὴν ἡγεμονίαν λαβὼν εἰς τὴν Μασινίσσου χώραν ἐνέβαλε καὶ ἐκάκου αὐτὴν καὶ τοῖς Ῥωμαίοις μαχέσασθαι ἡτοιμάζετο· ἀνθητοιμάζοντο δὲ καὶ οἱ τοῦ Σκιπίωνος.

14. Οἱ δ' ἐν τῇ Ῥώμῃ μετεμέλοντο ὅτι μὴ ἐκώλυσαν τὸν Ἀννίβαν ἐκπλεῦσαι· ὡς μέντοι τὰ ἐν τῇ Λιβύῃ συγκροτοῦντα αὐτὸν ἔμαθον, οὐ μετρίως αὖθις ἐδεδίεσαν. διὸ καὶ Κλαύδιον μὲν Νέρωνα τὸν ἕτερον τῶν ὑπάτων ἐπ' αὐτὸν ἔπεμψαν, Μάρκῳ C δὲ Σερουϊλίῳ τὴν τῆς Ἰταλίας φυλακὴν ἐπεκλήρωσαν. ἀλλ' οὐκ ἠδυνήθη ὁ Νέρων εἰς τὴν Λιβύην ἐλθεῖν, ὑπὸ χειμῶνος ἐν Ἰταλίᾳ χρονίσας καὶ ἐν Σάρδοῖ. εἶτα οὐδὲ περαιτέρω τῆς Σικελίας ἐχώρησε, κεκρατηκότα μαθὼν τὸν Σκιπίωνα. ὁ γὰρ Σκιπίων, δείσας μὴ ἐπειχθεὶς ὁ Νέρων τῶν αὐτοῦ πόνων τὴν εὔκλειαν σφετερίσηται, τοῦ ἔαρος ἐπιλάμψαντος ἐπὶ τὸν Ἀννίβαν ἐχώρησε, μαθὼν ὅτι τὸν Μασινίσσαν ἐνίκησε. καὶ ὁ Ἀννίβας ὡς ᾔσθετο προσιόντα τὸν Σκιπίωνα, προαπήντησεν αὐτῷ. καὶ ἀντιστρατοπεδευσάμενοι οὐκ εὐθὺς εἰς χεῖρας ἦλθον, συχνὰς δ' ἡμέρας διέτριψαν, καὶ

5 ἐς BC. ἐνέβαλε AB, ἐνέβαλλε PW. 6 μάχεσθαι A, μαχέσεσθαι B. 12 ἐπεκλήρωσαν A, προσεκλήρωσαν PW. 13 τὴν add A. 20 ἦλθον] ἧκον A.

Fontes. *Cap.* 14. *Dionis Historiae Romanae libri deperditi: fragmentum libri* 17 *apud grammaticum* περὶ συντάξεως *in Imm. Bekkeri Anecd.* p. 140 v. 23; *excerptum Ursinianum* 155; *fragmenta Parisiensia* 7—9.

balem exercitui cum summo imperio praefecerunt, repudiato Hannone, et Hasdrubale capitis damnato. qui cum ultro venenum hausisset, in cadaver eius est saevitum. Hannibal omni potestate accepta, Masinissae regnum populatus, se ad committendum cum Romanis praelium parat. idem et a Scipione factum.

14. Romanos autem paenituit quod Hannibalem Italia emisissent. quem ut in Africa rem gerere didicerunt, denuo haud mediocriter perterriti alterum consulem Cl. Neronem contra eum miserunt, Marco Servilio Italiae defensione mandata. verum Nero propter hiemem in Italia et Sardinia moratus, in Africam pervenire non potuit. deinde ne ultra Siciliam quidem processit, audita Scipionis victoria. qui veritus ne, si antevertisset Nero, laborum suorum gloriam interciperet, primo vere Hannibalem, audita Masinissae clade, invasit. Hannibal vero Scipionis adventu cognito et ipse ei occurrit. ita castris e regione positis non

D ἕκαστος τῷ οἰκείῳ διειλέχθη στρατεύματι καὶ πρὸς τὴν μάχην αὐτὸ παρεθάρρυνεν.

Ὡς δ' ἔδοξε τῷ Σκιπίωνι μὴ διατρίβειν ἔτι ἀλλὰ καὶ ἄκοντα τὸν Ἀννίβαν εἰς τὸν ἀγῶνα προαγαγεῖν, ἐπὶ τὴν Οὐτικὴν ὥρμησεν, ἵνα δεδιέναι καὶ φεύγειν δόξας σχοίη καιρὸν ἐπιθέσεως· ὃ καὶ ἐγένετο. ὁ γὰρ Ἀννίβας φεύγειν αὐτὸν οἰηθεὶς καὶ ἐπὶ πλέον ἐντεῦθεν θαρσήσας ἐπεδίωξε μόνοις τοῖς ἱππεῦσι. καὶ ὁ Σκιπίων ἀντέστη τε αὐτοῖς παρὰ δόξαν καὶ συμβαλὼν ἐνίκησε. τρέψας δ' αὐτοὺς οὐκ ἐπὶ τὸ διώκειν σφᾶς ἀλλὰ ἐπὶ τὰ σκευοφόρα αὐτῶν καθ' ὁδὸν τυγχάνοντα ὥρμησε, καὶ πάντα συνέλαβε. ταῦτα τὸν
P I 442 Ἀννίβαν ἐτάραξε, καὶ ἔτι ὅτι κατασκόπους αὐτοῦ τρεῖς ἐν τῷ στρατοπέδῳ ὁ Σκιπίων εὑρὼν οὐδὲν δεινὸν αὐτοῖς πεποίηκεν. μαθὼν γὰρ παρ' ἑνὸς αὐτῶν ὁ Ἀννίβας τὸ πεπραγμένον (οἱ γὰρ δύο παρὰ τοῖς Ῥωμαίοις μεῖναι ἠθέλησαν) κατεπλάγη, καὶ διακινδυνεῦσαι οὐκέτι θαρρήσας σπείσασθαι ὅτι τάχιστα ἔγνω, ἵν' εἰ μὴ τοῦτο συμβαίη, τριβὴν τέως τινὰ πορίσηται καὶ διακωχήν. πέμψας οὖν πρὸς τὸν Μασινίσσαν, δι' ἐκείνου ὡς ὁμοφύλου τὰς σπονδὰς ᾔτησε. καὶ ἦλθε μὲν ἐς λόγους τῷ Σκιπίωνι, ἔπραξε δὲ οὐδέν. ὁ γὰρ Σκιπίων οὔτε τραχὺ οὔτε τι σαφὲς ἀπεκρίνατο, ἀλλὰ τὸ μὲν ὅλον ἐμέσευσεν, ἐπιεικέστερον δ' ὅμως διειλέχθη, ὅπως
B αὐτὸν ὡς καὶ σπεισόμενος εἰς ἀμέλειαν προαγάγῃ· ὃ καὶ συμβέβηκε. μάχης μὲν γὰρ πέρι οὐδὲν ὁ Ἀννίβας ἐνενόησε, μεταστρα-

2 αὐτὸ C, αὐτῷ PW. 7 post ἱππεῦσι PW add κατὰ νώτου: om ABC.

statim ad manus venerunt, sed dies complures morati uterque milites suos ad pugnam est cohortatus.

Ut autem Scipioni tempus non diutius terere visum est et Hannibalem vel invitum ad certamen elicere, Uticam iter intendit, ut cum timere et fugere crederetur, rei gerendae occasionem haberet: idque factum est. Hannibal enim eum fugere opinatus, maioreque fiducia inde sumpta, cum solis equitibus eum est persecutus. quibus Scipio praeter exspectationem restitit; iisque profligatis, persecutione omissa, impedimenta quae in via erant intercepit omnia. haec turbarunt Hannibalem: atque illud etiam, quod Scipio tres exploratores in castris suis deprehensos impune dimiserat. e quorum uno cum didicisset quid in castris actum esset (duo enim ultro apud Romanos manserant), perculsus est: neque amplius decertare ausus, quam primum pacem facere decrevit, ut ea non impetrata, mora saltem aliqua et induciae intercederent. Masinissa igitur, ut populari suo intercessore, cum Scipione collocutus, nihil impetravit. nam Scipio neque aspere neque perspicue respondit; sed quamvis omnino medium quoddam teneret, tamen humanius disseruit, ut eum spe pacis negligentiorem redderet: idque accidit. cum enim Hanni-

τοπεδεύσασθαι δὲ εἰς χωρίον ἐπιτηδειότερόν τι ἠθέλησεν. ἐξ αὐτομόλων δὲ τοῦτο μαθὼν ὁ Σκιπίων προεξανέστη νυκτὸς καὶ κατέσχε τὸν τόπον εἰς ὃν ἐκεῖνος ἠπείγετο· ἐν χωρίῳ δέ τινι κοίλῳ καὶ ἀνεπιτηδείῳ πρὸς στρατοπέδευσιν γενομένοις τοῖς Καρχηδονίοις ἐπεφάνη αἰφνίδιον. ὁ δ' Ἀννίβας συμβαλεῖν οὐκ ἠθέλησε, στρατοπεδευόμενος δ' ἐκεῖ καὶ φρεωρυχῶν ἐταλαιπώρησε διὰ πάσης τῆς νυκτός. καὶ οὕτως κακῶς αὐτοὺς ἔχοντας ὑπὸ καμάτου καὶ δίψης κατηνάγκασε καὶ ἄκοντας ὁ Σκιπίων συμμῖξαι αὐτῷ.

Συνέβαλον οὖν οἱ μὲν Ῥωμαῖοι συντεταγμένοι καὶ πρόθυμοι, C
Ἀννίβας δὲ καὶ οἱ Καρχηδόνιοι ἀπρόθυμοί τε καὶ καταπεπληγμένοι καὶ δι' ἕτερα καὶ ὅτι καὶ ὁ ἥλιος σύμπας ἐξέλιπεν. ἐκ γὰρ τῶν ἄλλων καὶ τοῦτο οὐκ αἴσιόν τι προμηνύειν σφίσιν ὁ Ἀννίβας ὑπώπτευσεν. οὕτω δ' ἔχοντες τοὺς ἐλέφαντας ἑαυτῶν προεβάλοντο. W II 97
καὶ οἱ Ῥωμαῖοι μέγα ἐξαίφνης καὶ καταπληκτικὸν ἀνεβόησαν, καὶ τὰς ἀσπίδας τοῖς δόρασι κρούσαντες θυμῷ καὶ δρόμῳ ἐπὶ τοὺς ἐλέφαντας ὥρμησαν. ὑφ' ὧν ταραχθέντες ἐκεῖνοι οἱ μὲν πλείους οὐκ ἐδέξαντο σφᾶς ἀλλ' ἀπετράποντο καὶ τιτρωσκόμενοι μείζω τοῖς ἐπιτεταγμένοις ἐνεποίουν τὸν θόρυβον, οἱ δὲ καὶ ὁμόσε σφίσι χωρήσαντες, τῶν Ῥωμαίων διισταμένων διὰ μέσου D
αὐτῶν διεξέτρεχον, καὶ παριόντες ἐβάλλοντό τε καὶ ἐκ χειρὸς ἐτιτρώσκοντο. καὶ ἐπί τινα μὲν χρόνον ἀντέσχον οἱ Καρχηδόνιοι, ἔπειτα τοῦ Μασινίσσου καὶ τοῦ Λαιλίου τοῖς ἱππεῦσι κατὰ νώτου προσπεσόντων αὐτοῖς πάντες ἔφυγον. οἱ δὲ πλείους ἐφθάρησαν,

12 σφίσι προμηνύειν A. 14 ἐκπληκτικὸν B. 22 κατὰ νώτου add AB.

balem de pugna minime cogitantem castra in locum commodiorem transferre velle ex transfugis intellexisset, noctu loco eo quo ille properabat praeoccupato, Carthaginiensibus in convalle castris haud idonea versantibus, ex improviso se ostendit. at Hannibal detrectata pugna, castris ibi muniendis et puteis fodiendis per totam noctem fuit occupatus: qua aerumna fatigatos et sitientes Scipio vel invitos inire praelium coegit.

Congrediuntur inter sese, Romani instructi et alacres, Hannibal et Carthaginienses inviti, et praeter alia etiam defectu solis integro territi, quem praeter caetera nihil sibi fausti portendere Hannibal arbitrabatur. elephantes igitur in prima acie collocant. Romani vero subito ingenti et terribili clamore sublato et clipeos hastis pulsantes, ira et cursu incitati, belluas impetu illo territas dissiparunt atque everterunt: quae vero vulnerabantur, suis magis incommodabant. iam ut aliquae in hostes irent, tamen Romanis spatium praebentibus per mediam aciem transcurrentes inter praetereundum et iaculis et gladiis vulnerabantur. atque ad tempus aliquod Carthaginienses restiterunt: deinde Masinissa et Laelio cum equitatu a tergo eos adorientibus fugerunt omnes, plures

καὶ ὁ Ἀννίβας μικροῦ ἂν ἀπώλετο. φεύγοντα γὰρ αὐτὸν ὁ Μασινίσσας ἐπεδίωκεν ἀκρατῶς τῇ τοῦ ἵππου ῥύμῃ ὑπενδιδούς. μεταστραφεὶς δ' ὁ Ἀννίβας, καὶ ἰδὼν αὐτὸν οὕτω διώκοντα, ἠρέμα ἐξέκλινε καὶ τὸν δρόμον ἐπέστησε, καὶ οὕτω παρελάσαντα τὸν Μασινίσσαν κατὰ νώτου γενόμενος ἔτρωσε· κἀκ τούτου μετ' ὀλίγων ἐξέφυγε.

P I 443 Σκιπίων δὲ νικήσας ἐπὶ τὴν Καρχηδόνα ἠπείχθη, καὶ ἐπολιόρκει αὐτὴν ἐκ γῆς ἅμα καὶ θαλάσσης. οἱ δὲ Καρχηδόνιοι πρῶτον μὲν ὡς τὴν πολιορκίαν καρτερήσοντες ἡτοιμάζοντο, ἔπειτα ἐξαπορηθέντες πρὸς τὸν Σκιπίωνα διεκηρυκεύσαντο. καὶ ὁ Σκιπίων τοὺς λόγους σφῶν προσεδέξατο καὶ περὶ τῶν συνθηκῶν διειλέχθη αὐτοῖς. ἦν δὲ τὰ ὡμολογημένα, ὁμήρους τε παρὰ τῶν Καρχηδονίων καὶ τοὺς αἰχμαλώτους καὶ τοὺς αὐτομόλους δοθῆναι, καὶ πάντας μὲν τοὺς ἐλέφαντας τὰς δὲ τριήρεις πλὴν δέκα παρασχεθῆναι, καὶ τοῦ λοιποῦ μήτε ναῦς μακρὰς πλείους ἔχειν τῶν δέκα, καὶ μήτε πόλεμον παρὰ τὴν τῶν Ῥωμαίων γνώμην πρὸς μηδένα ποιεῖσθαι, καί τινα ἕτερα.

Τοιούτων δὲ γενομένων τῶν ὁμολογιῶν πρέσβεις οἱ Καρχη-
B δόνιοι ἐπὶ Ῥώμην ἐστάλκασι. καὶ οἱ μὲν ἀπῆλθον, οὐ μέντοι καὶ ἡ γερουσία τὴν πρεσβείαν ἑτοίμως ἐδέξατο, ἀλλ' ἐπὶ πολὺ ἠμφισβήτησαν ἀλλήλοις ἐναντιούμενοι. ὁ δὲ δῆμος τὴν εἰρήνην

1 αὐτὸν om A. 4 ἐπέστησεν ἐξαίφνης τοῦ δρόμου Dionis lib. 17: Bekkeri Anecd. gr. p. 140 v. 23. 8 δὲ A, δ' αὖ PW. 10 ἐξαπορηθένθες AB, διαπορηθέντες PW. πρὸς τὸν Σκιπίωνα — 17 καί τινα ἕτερα Dionis excerptum Ursinianum 155. 12 δὲ] τε A. 15 ἔχειν τῶν δέκα AB, τῶν δέκα ἔχειν PW. 18 τούτων A. οἱ καρχηδόνιοι ἐπὶ ῥώμην AB, ἐπὶ Ῥώμην οἱ Καρχηδόνιοι PW. 21 ὁ δὲ δῆμος] Dionis fragm. Paris. 7.

ceciderunt, ipso etiam Hannibale paene interfecto. nam cum fugiens Masinissam laxis habenis acerrime persequi conversus vidisset, eius impetu nonnihil declinato cursuque inhibito praetervectum a tergo adortus vulneravit; itaque cum paucis evasit.

Scipio victoria potitus propere Carthaginem terra marique obsedit. Carthaginienses principio se ad tolerandam obsidionem parantes, tandem rebus desperatis caduceatores ad illum miserunt; cum quibus Scipio de pacis condicionibus egit. quae huiusmodi fuerunt: ut Carthaginienses obsides darent, captivos et transfugas omnes restituerent; elephantos omnes et triremes, decem exceptis, traderent; in posterum neque elephantos neque longas naves plures quam denas haberent, neque bellum cum quoquam nisi de sententia Romanorum susciperent. adiecta sunt et alia quaedam.

His condicionibus propositis legati Romam missi, sed parum alacriter a senatu suscepti sunt, aliis aliud consentibus et inter sese rixantibus. verum populus pacem magno consensu decrevit, acceptis condi-

ὁμοθυμαδὸν ἐψηφίσατο. καὶ τὰς ὁμολογίας ἐδέξαντο, καὶ ἔπεμψαν δέκα ἄνδρας ἵνα μετὰ τοῦ Σκιπίωνος ἅπαντα διοικήσωσι. καὶ αἱ συμβάσεις ἐπράχθησαν, καὶ αἱ τριήρεις ἐδόθησαν καὶ ἐκαύθησαν, καὶ τῶν ἐλεφάντων οἱ μὲν πλείους εἰς τὴν Ῥώμην ἀπήχθησαν, τῷ Μασινίσσᾳ δὲ οἱ λοιποὶ ἐδωρήθησαν. καὶ Ῥωμαῖοι μὲν τὴν Λιβύην ἐξέλιπον, τὴν δ' Ἰταλίαν οἱ Καρχηδόνιοι.

Ὁ μὲν οὖν δεύτερος πόλεμος τῶν Καρχηδονίων ἔτει ἑκκαι- C
δεκάτῳ ἐς τοῦτο κατήντησε· κἀντεῦθεν ὁ Σκιπίων λελάμπρυντο καὶ Ἀφρικανὸς ἐπεκέκλητο (Ἀφρικὴ γὰρ ἤδη ἡ περὶ Καρχηδόνα Λιβύη ὠνόμαστο), πολλοῖς δὲ καὶ ἐλευθερωτὴς προσηγόρευτο, πολλοὺς πολίτας κομίσας αἰχμαλώτους. καὶ ὁ μὲν μέγας ἐκ τούτων ἤρετο, Ἀννίβας δὲ κατηγόρητο παρὰ τοῖς οἰκείοις ὡς τήν τε Ῥώμην λαβεῖν δυνηθεὶς καὶ μὴ θελήσας, καὶ τὴν λείαν τὴν ἐκ τῆς Ἰταλίας σφετερισάμενος. οὐ μὴν καὶ ἑάλω, ἀλλὰ καὶ τὴν μεγίστην τῶν Καρχηδονίων ἀρχὴν οὐκ εἰς μακρὰν ἐπετράπη.

15. Εἰς ἑτέρους δ' αὖθις πολέμους οἱ Ῥωμαῖοι κατέστησαν, γενομένους πρὸς Φίλιππόν τε τὸν Μακεδόνα καὶ τὸν Ἀντίο- D
χον. μέχρι γὰρ ἡ πρὸς Καρχηδονίους ἤκμαζε μάχη, κἂν μὴ φίλια σφίσι τὰ περὶ τὸν Φίλιππον ἦν, ἐθεράπευον αὐτόν, ἵνα μὴ W II 98
τοῖς Καρχηδονίοις συνάροιτο ἢ εἰς τὴν Ἰταλίαν στρατεύσοιτο· ἐπεὶ δὲ τὰ κατ' ἐκείνους ἠρέμησαν, οὐκέτ' ἐμέλλησαν, ἀλλ' ἐς πόλεμον αὐτῷ κατέστησαν φανερόν, πολλὰ ἐγκαλοῦντες

4 οἱ μὲν πλείους] Dionis fragm. Paris. 8. 5 δὲ AB, καὶ C, δὲ καὶ PW. 8 ἐς ABC, εἰς PW. 11 αἰχμαλώτους] Dionis fragm. Paris. 9. 20 ἐς B.

Fontes. *Cap.* 15. *Dionis Historiae Romanae libri deperditi: fragmenta Parisiensia* 11—13.

cionibus, decemque legatis missis qui una cum Scipione omnia administrarent. pactis firmatis triremes traditae cremataeque sunt: elephantorum maior pars Romam missa, reliqui Masinissae donati. Africam Romani, Carthaginienses Italiam reliquerunt.

Hic secundi belli Punici post annos sexdecim exitus fuit. Scipio autem magna parta gloria cognomentum Africani tulit (iam tum enim Carthagini finitima Libya Africa vocabatur), et multis captivis civibus receptis liberator a multis dictus, in summo honore fuit. Hannibal contra a suis civibus accusatus est quod Romam capere potuerit nec voluerit, et manubiis in suum peculium conversis rem publicam fraudarit. sed absolutus est, nec multo post summum Carthaginiensium magistratum adeptus.

15. Hoc bello confecto Romani aliis adversus Philippum Macedonem et Antiochum sunt implicati. nam Punicis adhuc certaminibus districti Philippum, quamvis parum amicum, tamen colebant, ne Carthaginienses adiutaret aut Italiam invaderet: pace autem cum illis consti-

αὐτῷ. πρέσβεις οὖν οἱ Ῥωμαῖοι πρὸς αὐτὸν πέμψαντες, ἐπεὶ μηδὲν ὧν ἐπετάττετο ἔπραττε, τὸν πόλεμον ἐψηφίσαντο, χρώμενοι μὲν τῇ τῶν Ἑλλήνων ἐπιβασίᾳ λαβῇ, τὸ δ' ἀληθὲς ἀγανακτοῦντες ἐφ' οἷς ἐδεδράκει, καὶ προκαταλαμβάνοντες αὐτόν, P I 444 ἵνα μὴ καταδουλωσάμενος ἐκείνους ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν στρατεύσῃ κατὰ τὸν Πύρρον. ψηφισάμενοι δὲ τὸν πόλεμον τά τε ἄλλα παρεσκευάσαντο εὖ, καὶ στρατηγὸν ἐπὶ τοῦ ναυτικοῦ Λούκιον Ἀπούστιον Σουλπικίῳ Γάλβᾳ δεδώκασι. καὶ ὁ Γάλβας τὸν Ἰόνιον κόλπον διαλαβὼν ἐπὶ πολὺ ἐνόσησε. παραλαβόντες οὖν τὴν δύναμιν πᾶσαν ὅ τε ῥηθεὶς στρατηγὸς καὶ Κλαύδιος Κέντων ὁ ὑποστράτηγος, αὐτὸς μὲν τῷ ναυτικῷ τὰς Ἀθήνας ὑπὸ τῶν Μακεδόνων πολιορκουμένας ἐρρύσατο καὶ Χαλκίδα κατεχομένην ὑπ' αὐτῶν ἐπόρθησε, κἂν τούτῳ Φιλίππου ταῖς Ἀθήναις ἐπιστρατεύσαντος ἐπανελθὼν τότε αὐτὸν ἀπεώσατο καὶ μετὰ τοῦτο αὖθις B προσβαλόντα ἀπεκρούσατο, Ἀπούστιος δ' ἐς τὴν Μακεδονίαν, ἀσχόλου περὶ τὴν Ἑλλάδα τοῦ Φιλίππου ὄντος, ἐμβαλὼν τήν τε γῆν ἐληΐζετο καὶ φρούρια καὶ πόλεις ἐχειρώσατο. Φίλιππος δὲ διὰ ταῦτα ἐν ἀμηχανίᾳ γενόμενος τέως μὲν ἄνω καὶ κάτω περιέθει ἄλλοτε ἄλλοις ἀμύνων, ὡς δὲ ὁ Ἀπούστιος τῇ χώρᾳ αὐτοῦ ἰσχυρῶς ἐνέκειτο καὶ οἱ Δάρδανοι τὴν πρόσορον σφίσι Μακεδονίαν ἐκακούργουν (οἰκοῦσι δ' οὗτοι ὑπέρ τε Ἰλλυριῶν καὶ ὑπὲρ Μακεδόνων), Ἰλλυριοί τέ τινες καὶ Ἀμύνανδρος Ἀθαμανίας Θεσσαλικοῦ

7 παρεσκευάζοντο A. ἐπὶ τῇ ναυτικῇ A. 9 διαβαλὼν F. Haasius. 10 καὶ ὁ κλαύδιος A. 16 περὶ] τὲ A. 22 θεσσαλικοῦ γένους ἀθαμανίας βασιλεὺς C. θεσσαλονικοῦ B.

tuta, nihil cunctati bellum aperte cum eo gesserunt. cum enim per legatos multa questi nihil eorum quae postularant impetrassent, bellum decreverunt, eam causam praetexentes quod Graeciam invasisset, sed revera ob priores iniurias illi infensi, et antevertere cupientes, ne Graecis subactis, Pyrrhi exemplo bellum in Italiam transferret. bello decreto cum alia rite praepararunt, tum L. Apustium classi praefectum Sulpicio Galbae adiunxerunt. qui cum sinu Ionio occupato diu aegrotaret, praefectus ille et Claudius Cento legatus, omnibus copiis acceptis, hic quidem Athenas a Macedonibus obsessas classe liberavit, et Chalcidem, quam iidem tenebant, vastavit, et Philippum, qui Athenas interim invaserat, regressus iterum atque iterum depulit: Apustius autem, Philippo in Graecia occupato, impressione in Macedoniam facta agros vastavit et castella atque oppida subegit. qua de causa Philippus animo aestuans sursum deorsum aliquamdiu cursitavit, alias aliis opem ferens: Apustio autem regionem graviter urgente et Dardanis finitimam sibi Macedoniam vexantibus (habitant autem supra Illyrios et Macedones), cum Illyrii quoque atque Amynander Athamaniae Thessalicae gentis re-

γένους βασιλεὺς ὤν, σύμμαχοι πρότερον ὄντες αὐτοῦ, πρὸς τοὺς Ῥωμαίους μετέστησαν, ἐκ τούτου καὶ τὰ τῶν Αἰτωλῶν ὑπώπτευσε καὶ περὶ τοῖς οἴκοι ἔδεισε καὶ ἐκεῖ μετὰ τοῦ πλείονος στρατεύματος ἔσπευσε. C γνοὺς δὲ τὴν πρόσοδον αὐτοῦ ὁ Ἀπούστιος ἀνεχώρησεν· ἤδη γὰρ καὶ χειμὼν ἦν.

Ῥαΐσας δ' ἐκ τῆς νόσου ὁ Γάλβας πλείω παρεσκευάσατο δύναμιν καὶ ἅμα ἔαρι εἰς τὴν Μακεδονίαν ἠπείγετο. ἐπεὶ δ' ἐπλησίασαν ἀλλήλοις, ἀντεστρατοπεδεύσαντο, καὶ ἀκροβολισμοῖς ἐχρῶντο τῶν ἱππέων καὶ τῶν ψιλῶν. μεταστάντων δὲ τῶν Ῥωμαίων ἔς τι χωρίον ὅθεν ῥᾷον ἦν αὐτοῖς ἐπισιτίσασθαι, νομίσας ὁ Φίλιππος ὡς φοβουμένους αὐτὸν μεταστῆναι, ἐπῆλθεν αὐτοῖς ποιουμένοις ἁρπαγὰς ἀπροσδόκητος καί τινας διέφθειρε. καὶ ὁ Γάλβας τοῦτο αἰσθόμενος ἐπεξέδραμεν ἐκ τοῦ στρατοπέδου καὶ προσπεσὼν αὐτῷ πολλῷ πλείους ἀνταπέκτεινεν. ὁ δέ γε Φίλιππος ἡττηθεὶς καὶ τρωθεὶς ὑπὸ νύκτα ἀπανέστη. οὐ μέντοι αὐτὸν ὁ D Γάλβας ἐπεδίωξεν, ἀλλ' εἰς τὴν Ἀπολλωνίαν ἀνεκομίσθη. καὶ ὁ Ἀπούστιος δὲ μετὰ τῶν Ῥοδίων καὶ τοῦ Ἀττάλου περιπλέων νήσους συχνὰς ἐχειρώσατο.

Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον καί τις Ἀμίλκας Καρχηδόνιος, τῷ Μαγῶνι συστρατεύσας ἐν Ἰταλίᾳ κἀκεῖ ὑπομείνας, τέως μὲν ἡσυχίαν ἦγεν, ὡς δ' ὁ Μακεδονικὸς πόλεμος ἐνέστη, τούς τε Γαλάτας τῶν Ῥωμαίων ἀπέστησε καὶ μετ' αὐτῶν ἐπὶ Λίγυας

8 καὶ ἀκροβολισμοῖς — 18 ἐχειρώσατο Dionis fragm. Paris. 11 12. 16 ἐπεδίωξεν A Dio, ἐδίωξεν PW. 17 ὁ add A Dio. 19 τις Ἀμίλκας — p. 248 v. 3 τοῖς ἄλλοις δὲ Dionis fragm. Paris. 13. 21 ἦγεν] εἶχεν Dio.

gulus, dudum eius foederati, ad Romanos defecissent, etiam Aetolos suspectos habens et rebus suis metuens cum maiori copiarum parte in suum regnum properavit. cuius adventu cognito Apustius hieme instante, recessit.

Galba ex morbo recreatus, pluribus copiis comparatis, sub veris initia in Macedoniam properavit. cumque castra in propinquo haberent, levia certamina inter equites et velites facta sunt. Romanis autem in locum quendam digressis unde commeatus facilius suppeteret, Philippus eos sui metu fugisse ratus ex improviso praedatores aliquos occidit. quo Galba animadverso, e castris eruptione facta longe plures interfecit: Philippum vero victum et saucium noctu recedentem non est persecutus, sed Apolloniam rediit. Apustius interim cum Rhodiis et Attalo mare peragrans complures insulas subigebat.

Sub idem tempus Carthaginiensis quidam Hamilcar, Magonis in Italia commilito, qui ad tempus quietus ibi remanserat, exorto Macedonico bello Gallos ad defectionem impulit; cum iisque Ligures bello ador-

στρατεύσας τινὰς κἀκείνων προσεποιήσατο. Λουκίῳ δὲ Φουρίῳ
στρατηγοῦντι πολεμηθέντες ἡττήθησαν καὶ περὶ σπονδῶν ἐπρεσβεύ-
σαντο. καὶ οἱ μὲν Λίγυες ἔτυχον αὐτῶν, τοῖς ἄλλοις δὲ οὐκ ἐδό-
P I 445 θησαν, ἀλλ' ἀντεστράτευσεν ἐπ' αὐτοὺς Αὐρήλιος ὁ ὕπατος,
φθονήσας τῆς νίκης τῷ στρατηγῷ.

Τῷ δ' ἑξῆς ἔτει πρὸς τοῦ Ἀμίλκου καὶ τῶν Γαλατῶν συν-
ηνέχθη πολλὰ καὶ δεινά. Γναῖόν τε γὰρ Βαίβιον στρατηγὸν
ἐνίκησαν, καὶ τὴν συμμαχίδα τῶν Ῥωμαίων κατέτρεχον, καὶ Πλα-
W II 99 κεντίαν ἐπολιόρκουν καὶ ἑλόντες κατέσκαψαν.

16. Ἐν δὲ τῇ Ἑλλάδι καὶ τῇ Μακεδονίᾳ Πούπλιος Οὐΐλ-
λιος ὁ ὕπατος ἀντεκάθητο τῷ Φιλίππῳ, τὰ τῆς Ἠπείρου προκα-
ταλαβόντι στενά, δι' ὧν εἰς τὴν Μακεδονίαν εἰσὶν εἰσβολαί. μετὰ
δὲ τὸν χειμῶνα Τίτος Φλαμίνιος ὕπατος, τοῦ Φιλίππου πᾶν τὸ
B μεταξὺ τῶν ὀρῶν διατειχίσαντος καὶ ὄντος δυσπολεμήτου, διά
τινος ἐκπεριῆλθε στενῆς ἀτραποῦ μετ' ὀλίγων τὸ περιτείχισμα.
καὶ φανεὶς ἐξ ὑπερδεξίων αἰφνίδιον ἐφόβησε τὸν Φίλιππον, νομί-
σαντα πᾶν τὸ τοῦ Τίτου στράτευμα εἴσω τῶν στενῶν παρελθεῖν·
ὅθεν καὶ εἰς τὴν Μακεδονίαν ἀπῆρεν εὐθύς. ὁ δ' ὕπατος ἐκεῖ-
νον μὲν οὐκ ἐδίωξε, τὰς δ' ἐν τῇ Ἠπείρῳ πόλεις προσεποιήσατο.
καὶ ἐς Θεσσαλίαν ἐλθὼν πολλὰ παρεσπάσατο τοῦ Φιλίππου, καὶ

1 φρουρίῳ, ut solent, ABC cum Dionis codice Paris. 6 ἀμίλκα A. 7 γὰρ om A. "Βαίβιον] ita Regii duo, Colberteus Βαΐον" Ducangius. βέβιον B. 10 ουιαλιος B, οὐΐάλιος A Regii duo et Colbert., Οὐάλιος PW. 13 Φλαμίνιος] T. Quinctius Flamininus. 17 παρελθὸν A.

Fontes. *Cap. 16. Dionis Historiae Romanae libri deperditi: excerptum Ursinianum* 157.

tus, eorum etiam nonnullos sibi adiunxit. sed a L. Furio praetore acie victi legatos de pace miserunt. ea Liguribus data est; caeteri nihil impetrarunt: nam Aurelius consul, praetori victoriam invidens, eos vicissim bello est adortus.

Sequenti anno Hamilcar et Galli multas clades Romanis intulerunt. nam et Cn. Baebium praetorem superarunt, et socias civitates incursarunt, et Placentiam expugnatam everterunt.

16. In Graecia et Macedonia P. Villius consul contra Philippum in procinctu erat, qui Epiri angustias occuparat, per quas in Macedoniam patebat aditus. hieme elapsa T. Flaminius consul, cum Philippus ob omne illud spatium quod inter montes interiacet muro obseptum oppugnatu difficilis esset, cum paucis per angustum callem munitionem circumiit, et ex superiore loco subito conspectus terrorem incussit Philippo, omnem eius exercitum angustias superasse opinanti, ut statim in Macedoniam recederet. consul vero illum non persecutus, Epiri urbibus est potitus; atque inde in Thessaliam transgressus, multis a Philippo alienatis in

εἰς τὴν Φωκίδα τὴν Βοιωτίαν τε ἀνεχώρησε. καὶ ὁ μὲν Ἐλάτειαν ἐπολιόρκει, Λούκιος δὲ Φλαμίνιος ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ μετὰ τοῦ Ἀττάλου καὶ τῶν Ῥοδίων τὰς νήσους ἐχειροῦτο. καὶ τέλος C Κέγχρειαν ἑλόντες, καὶ πυθόμενοι πρέσβεις πρὸς τοὺς Ἀχαιοὺς ἐπὶ συμμαχίᾳ πεπέμφθαι, ἀπέστειλαν καὶ αὐτοί· καὶ Ἀθηναῖοι συνεπρεσβεύσαντο. καὶ πρότερον μὲν ἐμερίσθησαν αἱ γνῶμαι τῶν Ἀχαιῶν, τῶν μὲν τῷ Φιλίππῳ τὴν συμμαχίαν ψηφιζομένων, τῶν δὲ τοῖς Ῥωμαίοις, ὀψὲ δ' οὖν ποτὲ τὴν βοήθειαν αὐτοῖς ἐψηφίσαντο. καὶ ἐπὶ τὴν Κόρινθον συνεστράτευσαν, καὶ τοῦ μὲν τείχους κατήρειψάν τινα, πονήσαντες δ' ἐπεκδρομαῖς ἀπανέστησαν.

Εἶτα δείσας ὁ Φίλιππος μὴ πολλαὶ πόλεις ἁλῶσιν, ὑπὲρ εἰρήνης πρὸς τὸν ὕπατον ἐπεκηρυκεύσατο. καὶ ὃς ἐδέξατο τοὺς λόγους αὐτοῦ, καὶ συνῆλθον αὐτοὶ καὶ οἱ σύμμαχοι, ἐπράχθη δ' D οὐδὲν ἢ ὅτι πρέσβεις εἰς Ῥώμην πέμψαι τῷ Φιλίππῳ ἐπετράπη. καὶ οὐδὲ ἐκεῖ τι ἐγένετο· τῶν γὰρ Ἑλλήνων ἀποστῆναι αὐτὸν ἀξιούντων τῆς Κορίνθου καὶ τῆς Χαλκίδος τῆς τε Δημητριάδος τῆς Θεσσαλικῆς, οὐδὲν περὶ τούτων οἱ τοῦ Φιλίππου πρέσβεις ἐντετάλθαι ἔφασαν, καὶ ἄπρακτοι ἀπηλλάγησαν.

Οἱ δ' ἐν τῇ Ῥώμῃ τῷ Φλαμινίῳ τὴν ἐν τῇ Ἑλλάδι ἡγεμονίαν καὶ εἰς τὸ ἐπιὸν ψηφισάμενοι ἔτος, αὐτῷ ἀνέθεντο καὶ τὰ κατὰ Φίλιππον. ὁ δέ, ὅτι κατὰ χώραν ἔμελλε μένειν, πρὸς πόλεμον ἡτοιμάζετο, καὶ μᾶλλον ὅτι καὶ Νάβις ὁ Λακεδαιμονίων τύραν- P I 446

1 ἐλάτιαν A. 4 post πρέσβεις PW add παρὰ Φιλίππου, om ABC. 5 συμμαχίδα A. 10 ἐπ' ἐκδρομαῖς PW. 12 ὅς] ὁ μὲν A. 14 ἐς C. 16 τῆς τε κορίνθου BC. 17 τούτου A. 20 ἐς B. 22 ὁ τῶν λακεδαιμονίων A.

Phocidem et Boeotiam se contulit. ubi dum Elatiam obsidet, L. Flaminius frater eius cum Attalo et Rhodiis insulas subigunt. denique Cenchreis etiam potiti, cum audissent societatem Achaeorum [a Philippo] petitam esse, legatos et ipsi una cum Atheniensibus ad illos miserunt. initio divisae fuerunt Achaeorum sententiae, aliis Philippo aliis Romanis auxilia decernentibus: sed tandem societatem cum Romanis inierunt. cum quibus Corinthum oppugnantes, parte muri deiecta, crebris eruptionibus fatigati recesserunt.

Deinde veritus Philippus ne multae urbes caperentur, caduceatores ad consulem de pace misit. qui cum eius postulatis annuisset, et ipsi et socii convenerunt: sed nihil actum est aliud, nisi quod Philippo legatos Romam mittere est concessum. ac ne ibi quidem quicquam impetratum: nam Graecis postulantibus ut Corintho Chalcide et Thessalica Demetriade cederet, Philippi legati nihil de iis urbibus in mandatis se habere affirmantes rebus infectis discesserunt.

Romani vero Graeciae provinciam et bellum Philippi Flaminio in sequentem etiam annum prorogarunt. qui cum ibi mansurus esset, ad bellum se paravit: eoque magis, quod Nabis Lacedaemoniorum tyrannus,

νος ἐσπείσατό οἱ, καίτοι φίλος ὢν τοῦ Φιλίππου καὶ τὸ Ἄργος
λαβὼν παρ' αὐτοῦ. ἀδυνατῶν γὰρ ὁ Μακεδὼν πολλὰ διέπειν
ὁμοῦ, καὶ δείσας μὴ τοῖς Ῥωμαίοις ἡ πόλις ληφθῇ, τῷ Νάβιδι
αὐτήν, ἵν' αὖθις ἀποδοίη, παρακατέθετο.

Αἰλίου δὲ Πέτου τοῦ ὑπάτου στρατεύσαντος ἐπὶ τοὺς Γα-
λάτας, πολλοὶ ἀπ' ἀμφοτέρων ἀπώλλυντο προσμιγνύντες ἀλλή-
λοις, καίριον δέ τι ἐπράχθη οὐδέν. οἱ δ' ὅμηροι τῶν Καρχη-
δονίων οἵ τε δοῦλοι οἱ μετ' αὐτῶν καὶ οἵ τισι πεπραμένοι αἰχμά-
λωτοι, κατασχεῖν τὰς πόλεις ἐν αἷς ἕκαστοι τὰς διατριβὰς ἐποι-
B οῦντο τολμήσαντες, καὶ πολλοὺς τῶν ἐπιχωρίων φονεύσαντες, κα-
θῃρέθησαν ὑπὸ Κορνηλίου Λεντούλου στρατηγοῦ πρὶν μεῖζόν τι
ἐξεργάσασθαι. οἱ μέντοι Γαλάται εὐτυχίαις τε ἐπαιρόμενοι καὶ
τοὺς Ῥωμαίους ἐν παρέργῳ σφίσι πολεμοῦντας αἰσθόμενοι παρε-
σκευάσαντο ὡς καὶ ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἐλάσοντες. δείσαντες οὖν οἱ
Ῥωμαῖοι ἄμφω τοὺς ὑπάτους Κορνήλιον Κέθηγον καὶ Μινούκιον
Ῥοῦφον ἐπὶ τοὺς Γαλάτας ἔπεμψαν· οἳ διαιρεθέντες ἄλλος ἄλλην
ἐπόρθουν χώραν. πρὸς οὖν τοὺς ὑπάτους καὶ οἱ πολέμιοι διῃ-
ρέθησαν, καὶ οἱ μὲν τῷ Κεθήγῳ μετὰ τοῦ Ἀμίλκου συμβαλόντες
ἡττήθησαν, οἱ λοιποὶ δὲ τοῦτο γνόντες ἀπεδειλίασαν καὶ οὐκέτι
C τῷ Ῥούφῳ συνέβαλον, ἀλλ' ἀδεῶς ἐκεῖνος τὴν χώραν κατέτρεχε.
W II 100 καὶ οἱ μὲν τῷ Κεθήγῳ πολεμήσαντες σπονδὰς ἐποιήσαντο, οἱ δ'
ἄλλοι ἐν τοῖς ὅπλοις ἔτι ἐτύγχανον.

Τότε δὲ καὶ ὁ Φλαμίνιος μετὰ τοῦ Ἀττάλου τὴν Βοιωτίαν

4 ἵν' om A. 6 ἀπώλλυντο A, ἀπόλλυντο PW. 8 πεπρωμένοι A. 13 πολεμοῦντες A. 17 οὖν om A.

quanquam Philippi ob Argos ab eo acceptum amicus, pacem cum ipso fecerat. nam quia Macedo multa simul curare non poterat, eam urbem, veritus ne a Romanis caperetur, Nabidis fidei depositi instar commisit.

Aelio Paeto consule bellum cum Gallis gerente, etsi multi utrinque in conflictibus ceciderunt, nihil tamen memorabile gestum est. obsides Carthaginiensium eorumque servi et captivi venumdati urbes in quibus quique degebant occupare ausi, multis civibus interfectis, a Cornelio Lentulo praetore sunt oppressi priusquam gravius aliquid committeretur. at Galli successibus elati cum Romanos obiter secum bellare animadverterent, ita se parabant quasi ipsam urbem oppugnaturi. quo conatu Romani territi utrumque consulem, Cornelium Cethegum et Minucium Rufum, contra Gallos miserunt: qui inter se divisi alius aliam regionem vastavit. ut consules, ita etiam hostes divisi, qui cum Hamilcare fuerunt, victi a Cethego pacem impetrarunt: reliqui ea clade territi cum Rufo agros impune vastante non sunt congressi, nec tamen ab armis recesserunt.

Tunc etiam Flaminius cum Attalo totam Boeotiam subegit. et

ἅπασαν ὑπηγάγετο. καὶ ὁ μὲν Ἄτταλος ἐν τῷ δημηγορεῖν αὐτοῖς ὑπὸ γήρως ἀπέψυξεν, ὁ δέ γε Φλαμίνιος ἐς τὴν Θεσσαλίαν ἐλθὼν τῷ Φιλίππῳ προσέμιξε. καὶ ἱππομαχίαν ἐποιήσαντο· τὸ γὰρ χωρίον οὐκ ἐπιτήδειον πρὸς μείζω μάχην ἦν· διὸ καὶ ἄμφω ἀπανέστησαν. καὶ πρός τινα λόφον γενόμενοι, οὗ τὴν ἀκρωνυχίαν Κυνὸς κεφαλὴν ὀνομάζουσιν, οἱ μὲν ἔνθεν οἱ δ' ἐκεῖθεν ηὐλί- D σαντο. καὶ μαχεσάμενοι τοῖς στρατεύμασιν ἅπασιν ἰσοπαλεῖς ἂν ἀπηλλάγησαν, εἰ μὴ οἱ Αἰτωλοὶ ἐπικρατεστέρους τοὺς Ῥωμαίους ἐποίησαν. ἡττηθεὶς οὖν ὁ Φίλιππος καὶ φυγών, εἶτα μαθὼν τήν τε Λάρισσαν καὶ τὰς περὶ αὐτὴν πόλεις τὰ τοῦ νικήσαντος ᾑρημένας, ἐπεκηρυκεύσατο τῷ Φλαμινίῳ. καὶ ὃς ἐσπείσατο, χρήματά τε τοῦ Φιλίππου δόντος καὶ ὁμήρους ἄλλους τε καὶ τὸν οἰκεῖον υἱὸν Δημήτριον, καὶ πρέσβεις ὑπὲρ τῆς εἰρήνης εἰς τὴν Ῥώμην ἐκπέμψαντος.

Ἐν ᾧ δὲ ταῦτα ἐπράττετο, καὶ Ἀνδροσθένης ἐνικήθη ὑπὸ τῶν Ἀχαιῶν καὶ τὴν Κόρινθον ἀπέβαλε. καὶ ὁ Φλαμίνιος ὁ Λούκιος ἐπὶ τοῦ ναυτικοῦ ὤν, ἐπεὶ μὴ ἔπειθε τοὺς Ἀκαρνᾶνας μὴ συμμαχεῖν τῷ Φιλίππῳ, τήν τε Λευκάδα πολιορκίᾳ εἷλε κἀκεί- P I 447 νους μετὰ τοῦτο τὴν ἧτταν τοῦ Φιλίππου γνόντας ῥᾷον συμπαρεστήσατο.

Οὕτω μὲν οὖν ὁ Μακεδονικὸς ἐλέλυτο πόλεμος, καὶ οἱ ἐν τῇ Ῥώμῃ τῷ Φιλίππῳ ἑτοιμότατα συνηλλάγησαν ἐπὶ τῷ τοὺς

1 αὐτοὺς B. 9 ἡττηθεὶς οὖν — 11 ἐσπείσατο Dionis excerptum Ursinianum 157. 10 λάρισσαν AB ut infra, Λάρισαν PW. αὐτὰς C. 13 τὴν add AB. 21 οὖν add A. 22 ἐπὶ τῷ — p. 252 v. 1 ἐλέφαντας om A.

Attalus dum contionem ad Boeotos habet, prae senio efflavit animam. at Flaminius in Thessaliam profectus equestri praelio cum Philippo decertavit: neque enim locus maiori pugnae fuit idoneus. quare ambo in tumulum quendam, cuius cacumen Cynoscephale a canini capitis similitudine dicitur, secesserunt, diverseque castris positis, inter se totis exercitibus congressi aequo Marte discessissent, nisi Aetolorum auxilia victoriam Romanis peperissent. Philippus victus et profligatus cum Larissam et circumiacentes civitates in victoris partes concessisse audisset, caduceatoribus missis pecuniaque, et praeter alios filio Demetrio obside dato, inducias a Flaminio impetravit et legatos Romam pro pace misit.

Dum haec geruntur, etiam Androsthenes ab Achaeis victus Corinthum amisit. Lucius Flaminius classis praefectus cum Acarnanes a Philippi societate abstrahere non posset, Leucadem obsidione cepit; eosque, ubi Philippi cladem audivere, facilius subegit.

Sic Macedonicum bellum est solutum, et Romani pacem cum Philippo minime gravatim fecerunt, his condicionibus: ut captivos et trans-

αἰχμαλώτους καὶ τοὺς αὐτομόλους ἀποδοῦναι καὶ τοὺς ἐλέφαντας τάς τε τριήρεις πλὴν πέντε καὶ τῆς στρατηγίδος αὐτῆς οὔσης ἑκκαιδεκήρους, καὶ χρήματα τὰ μὲν αὐτίκα δοῦναι τὰ δὲ καὶ ἐν τάξεσί τισι, καὶ μόνης τῆς Μακεδονίας βασιλεύειν, μὴ πλείους τ' ἔχειν στρατιώτας τῶν πεντακισχιλίων, μήτε πόλεμον ἔξω τῆς B ἑαυτοῦ χώρας ποιεῖσθαι τινί. τὰς γὰρ ἄλλας πόλεις τάς τε ἐν τῇ Ἀσίᾳ καὶ τῇ Εὐρώπῃ τὰς πρὶν δουλευούσας αὐτῷ ἐλευθέρας ἀφῆκαν.

Οἱ δ' ὕπατοι τοῖς Γαλάταις αὖθις οὐκ ἀταλαιπώρως ἐπολέμησαν, ὅμως μέντοι καὶ τούτους ὑπέταξαν.

17. Πόρκιος δὲ Κάτων ὕπατος αἱρεθεὶς τὴν Ἰβηρίαν μικροῦ πᾶσαν ἀλλοτριωθεῖσαν ἀνεκτήσατο, ἀνὴρ ἀρετῇ πάσῃ τοὺς τότε νικῶν. νόμου δὲ τεθέντος μετὰ τὴν ἐν Κάνναις τοῖς Ῥωμαίοις συμβᾶσαν ἧτταν, μήτε χρυσοφορεῖν τὰς γυναῖκας μήτε διφροφορεῖσθαι μήθ' ὅλως ἐσθῆτι καταστίκτῳ κεχρῆσθαι, ὁ δῆμος, C εἰ χρὴ καταλῦσαι τὸν νόμον, βουλὴν ἐποιεῖτο. καὶ περὶ τούτου ὁ Κάτων ἐδημηγόρησε, δεῖν κατασκευάζων τὸν νόμον κρατεῖν, καὶ τέλος ταῦτα ἐπήγαγε. "κοσμείσθωσαν οὖν αἱ γυναῖκες μὴ χρυσῷ μηδὲ λίθοις ἢ τισιν ἀνθηροῖς καὶ ἀμοργίνοις ἐσθήμασιν, ἀλλὰ σωφροσύνῃ φιλανδρίᾳ φιλοτεκνίᾳ πειθοῖ μετριότητι, τοῖς νόμοις τοῖς κειμένοις, τοῖς ὅπλοις τοῖς ἡμετέροις, ταῖς νίκαις, τοῖς

1 αὐτομόλους καὶ τοὺς αἰχμαλώτους B. 3 τὰ prius add AB. 7 καὶ] καὶ ἐν A. 9 τοὺς γαλάτας A. 14 μήτε prius AB, μὴ PW. 15 κεκτῆσθαι A. 18 μὴ BC, μή τε PW. μὴ χρυσῷ om A.

Fontes. *Cap.* 17. *Dionis Historiae Romanae libri deperditi.*

fugas omnes restitueret; ut elephantos et triremes, praeter quinque et praetoriam quae sedecim remorum erat, et pecuniam partim praesentem partim certis pensionibus daret; ut soli Macedoniae imperaret, neque milites ultra quinquies mille aleret, neque ulli extra regnum suum bellum faceret. nam caeteras urbes tam Asianas quam Europaeas, quae prius ei servierant, liberas dimiserunt.

Consules denuo Gallos, sed non citra laborem et aerumnam, subegerunt.

17. Porcius Cato consul designatus Hispaniam paene totam alienatam recuperavit, vir illis temporibus omnibus virtutibus praestantissimus. cum autem post Cannensem cladem lex esset lata ne mulieres aurum gestarent neve vehiculis aut varia veste uterentur, et populus utrum ea abroganda esset nec ne deliberaret, Cato pro contione eam retinendam esse suasit, cum hac conclusione "ornentur igitur mulieres, non auro, non gemmis, non acu pictis aut byssinis vestibus, sed modestia, maritorum observantia, liberorum amore, obedientia, moderatione,

τροπαίοις." Λούκιος δὲ Οὐαλλέριος δήμαρχος ἀντιλέγων τῷ Κά-
τωνι διειλέχθη, ἀποδοθῆναι συμβουλεύων ταῖς γυναιξὶ τὸν κόσμον
τὸν πάτριον. καὶ πολλὰ περὶ τούτου πρὸς τὸν δῆμον εἰπών, εἶτα
πρὸς τὸν Κάτωνα τὸν λόγον ἀπέτεινε καὶ ἔφη "σὺ δ' ὦ Κάτων, D
εἰ ἄχθῃ τῷ κόσμῳ τῶν γυναικῶν καὶ βούλει φιλόσοφόν τι ποιῆσαι
καὶ μεγαλοπρεπές, ἀπόκειρον αὐτὰς περιτρόχαλα, καὶ χιτωνίσκους
καὶ ἐξωμίδας ἔνδυσον, καὶ νὴ Δία σύ γε καὶ ὅπλισον ἐφ' ἵππους
τε ἀναβίβασον, καὶ εἰ δοκεῖ σοι καὶ εἰς τὴν Ἰβηρίαν ἀνάγαγε·
ὅπως τε καὶ τῶν ἐκκλησιῶν κοινωνῶσιν ἡμῖν, καὶ δεῦρο αὐτὰς
εἰσφερώμεθα." καὶ ὁ μὲν Οὐαλλέριος ταῦτα ἐπισκώπτων εἶπεν, W II 101
ἀκούσασαι δὲ αἱ γυναῖκες (ἐγγὺς γὰρ τῆς ἀγορᾶς πολλαὶ διέτριβον
πολυπραγμονοῦσαι τὸ γενησόμενον) εἰσεπήδησαν εἰς τὴν ἐκκλησίαν
καταβοῶσαι τοῦ νόμου, καὶ οὕτω σπουδῇ λυθέντος αὐτοῦ ἀνεδή-
σαντο εὐθὺς ἐκεῖ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ κόσμον τινὰ καὶ ἐξῆλθον χο-
ρεύουσαι.

Ὁ δὲ Κάτων ἀποπλεύσας εἰς τὴν Ἰβηρίαν ἀφίκετο, καὶ μα- P I 448
θὼν πάντας τοὺς μέχρι τοῦ Ἴβηρος οἰκοῦντας συνεστράφθαι ἵνα
καθ' ἓν αὐτῷ πολεμήσωσι, συγκροτήσας τὸ στράτευμα προσέβαλε
σφίσι, καὶ ἡττήσας αὐτοὺς ἠνάγκασε προσχωρῆσαί οἱ, φοβηθέν-
τας ἵνα μὴ καὶ τὰς πόλεις αὐτοβοεὶ ἀποβάλωσι. καὶ τότε μὲν
δεινὸν οὐδὲν αὐτοῖς εἰργάσατο, ὕστερον δὲ ὑπόπτων τινῶν γενο-
μένων τά τε ὅπλα πάντων ἀφείλετο καὶ τὰ τείχη σφῶν δι' αὐτῶν

1 οὐαλλέριος C, Οὐαλέριος PW. 2 κόσμον] νόμον A. 9 καὶ ἐκ τῶν B. 14 ἐκεῖ εὐθὺς A. 16 τὴν add A. 17 οἰκοῦντας om C. 20 πόλεις] ἄλλας A. 21 οὐδὲν δεινὸν αὐτοῖς B, δεινὸν αὐτοῖς οὐδὲν A.

legibus civitatis, armis nostris, victoriis, triumphis." sed L. Valerius tribunus plebis, Catoni adversatus, auctor fuit ut mulieribus patria ornamenta redderentur. qua de re cum ad populum multa verba fecisset, oratione ad Catonem conversa "tu, Cato" inquit, "si ornamenta mulierum iniquo animo pateris, et aliquid magnificum et philosopho dignum praestare cupis, in orbem eas radito, tunicis et palliis induito, atque etiam, si diis placet, armato et equis impositas in Hispaniam ducito, atque adeo huc adducito ut et contionibus nostris intersint. age, arcessamus eas huc." cum haec dicteria Valerii mulieres audivissent (multae enim eventus exspectatione suspensae iuxta forum versabantur), in contionem irruperunt, contra legem vociferantes. qua citra cunctationem soluta, statim ibi ornamentis quibusdam sumptis cum tripudiis abierunt.

Cato in Hispaniam profectus cum omnes usque ad Iberum conspirasse atque in unum convenisse didicisset, ut semel universi cum eo pugnarent, praelio victos ad deditionem compulit, metuentes ne eodem terrore etiam urbes amitterent. ac tum quidem eis pepercit: post autem, cum quidam suspicionem de se praebuissent, omnibus arma ademit, et ipsos cives sua moenia evertere coegit. litteris enim in omnia loca

τῶν ἐπιχωρίων κατέσκαψε. γράμματα γὰρ ἑκασταχόσε διαπέμψας, καὶ ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἅπασιν αὐτὰ ἀποδοθῆναι κελεύσας, προσέταξε τοὺς περιβόλους αὐθημερὸν καθελεῖν, θάνατον ἀπειλήσας B *τοῖς ἀπειθήσασιν. ἃ ἀναγνόντες οἱ ἐν ταῖς ἀρχαῖς ὄντες, καὶ νομίσαντες ἕκαστοι μόνοις αὐτοῖς γεγράφθαι, καὶ μηδὲ καιρὸν λαβόντες βουλῆς, κατέβαλον πάντες τὰ τείχη.*

Ὁ δὲ Κάτων διέβη τὸν Ἴβηρα, καὶ τοῖς Κελτίβηρσι συμμαχοῦσι τοῖς πολεμίοις αὐτοῦ διὰ τὸ πλῆθος συμβαλεῖν μὴ θαρσήσας, μετεχειρίσατο θαυμασίως αὐτούς, ποτὲ μὲν μεταπείθων πρὸς αὐτὸν μεταστῆναι δόσει μείζονος μισθοῦ, ποτὲ δὲ παραινῶν σφίσιν ἐπανελθεῖν οἴκαδε, ἔστι δ' ὅτε καὶ μάχην αὐτοῖς ἐς ἡμέραν ἐπαγγέλλων ῥητήν. ἐκ γὰρ τούτου ἐστασίασαν πρὸς ἀλλήλους, καὶ φοβηθέντες οὐκέτι αὐτῷ πολεμῆσαι ἐτόλμησαν.

18. *Τότε δὲ καὶ Φλαμίνιος ἐπὶ τὸ Ἄργος ἐστράτευσε. τὸν* C *γὰρ Νάβιν οὔτε σφίσιν πιστὸν καὶ τοῖς Ἕλλησι φοβερὸν ὁρῶντες οἱ Ῥωμαῖοι πολέμιον ἐποιήσαντο. προσγενομένων δὲ συμμάχων ἐκ τοῦ Φιλίππου αὐτῷ, ἐπὶ τὴν Σπάρτην ἤλασεν ὁ Φλαμίνιος, καὶ ἀπόνως τὰ Ταΰγετά τε ὑπερέβη καὶ πρὸς τὴν πόλιν προσῆλθε μηδενὸς ἐναντιουμένου. ὁ γὰρ Νάβις, τούς τε Ῥωμαίους δείσας καὶ τοὺς ἐπιχωρίους ὑποπτεύσας, οὐκ ἐκινήθη ὥστε προαπαντῆσαι τῷ Φλαμινίῳ· πλησιάσαντι δὲ ἐπεξέδραμε, καταφρονήσας διά τε τὸν κάματον τὸν ἐκ τῆς πορείας καὶ ὅτι περὶ τὴν στρατο-*

8 *τὸ* add A. 10 *δόσει* om A. 13 *ἐτόλμησαν*] *ἴσχυσαν* C. 16 *δὲ*] *δὲ καὶ* A. 20 *προϋπαντῆσαι* B. 21 *ὑπεξέδραμε* B.

Fontes. *Cap.* 18. *Dionis Historiae Romanae libri deperditi.*

missis eodemque die redditis, omnia moenia eodem die dirui iussit, contumacibus mortem comminatus. quibus magistratus lectis, singuli putantes sibi solis ita scriptum esse, ne spatio quidem ad deliberandum sumpto munitiones omnes deiecerunt.

Iberum transgressus, cum Celtiberis hostium sociis ob multitudinem congredi non ausus, mirabiliter homines tractavit, alias maiora stipendia pollicendo ut ad se transirent, alias monendo ut domum redirent, alias etiam certum pugnae diem designando. ita factum ut inter se dissentientes cum eo pugnare ausi non fuerint.

18. Tum Flaminius Argos oppugnavit. Romani enim Nabidem, neque sibi fidum et Graecis formidabilem, hostem iudicarant. sed cum ei auxilia a Philippo missa essent, Flaminius Spartam oppugnaturus, Taygeto monte citra laborem superato, ad ipsam usque urbem adversante nemine pervenit. Nabis enim, et Romanos metuens et civibus diffidens, se loco non moverat ut illi mature occurreret, sed cum iam prae foribus adesset eruptionem fecit, eo tum ob laborem itineris tum propter castrametationis occupationem contempto, ac nonnullos turbavit.

πέδευσιν ἀπησχόλητο, καί τινας συνετάραξε. τῇ δ' ὑστεραίᾳ ἐπεξῆλθε τοῖς προσβάλλουσι, καὶ πολλοὺς ἀποβαλὼν οὐκέτι ἐπεξῆλθε. καταλιπὼν οὖν μέρος τοῦ στρατοῦ ἐκεῖ ὁ Φλαμίνιος, D *ὅπως μηδαμοῦ κινηθείη, τοῖς λοιποῖς ἐπὶ τὴν χώραν ἐτράπετο· κἀκεῖνός τε καὶ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ καὶ οἱ Ῥόδιοι καὶ ὁ τοῦ Ἀττάλου παῖς Εὐμένης ἐπόρθουν αὐτήν. ἀπογνοὺς οὖν διὰ ταῦτα ὁ Νάβις κήρυκα τῷ Φλαμινίῳ ὑπὲρ εἰρήνης ἀπέστειλε. καὶ ὃς τοὺς μὲν λόγους αὐτοῦ προσήκατο, οὐκ αὐτίκα δὲ κατελύσατο. τὰς γὰρ ὁμολογίας, ἃς ἀπῃτεῖτο ὁ Νάβις ποιήσασθαι, οὔτ' ἀπαγορεῦσαι ἐθάρρει οὔτε ποιῆσαι συγκατετίθετο. τὸ δὲ πλῆθος ἐκώλυσαν αὐτὸν συμβῆναι. καὶ τότε μὲν οὐκ ἐσπείσατο, προσβαλόντων δὲ τῶν Ῥωμαίων αὖθις καὶ τὴν Σπάρτην ὀλίγου πᾶσαν (καὶ γὰρ ἀτείχιστος ἦν ἐν μέρει) ἑλόντων οὐκέτ' ἐπέσχεν, ἀλλὰ πρός* P I 449 *τε τὸν Φλαμίνιον σπονδὰς ἐποιήσατο καὶ πρὸς τὴν Ῥώμην πρεσβευσάμενος συνηλλάγη.*

Ὁ δὲ Φλαμίνιος τότε μὲν πάντας τοὺς Ἕλληνας ἐλευθέρους ἀφῆκεν, ὕστερον δὲ συγκαλέσας αὐτοὺς καὶ ὑπομνήσας ὧν εὐηργέτηντο, παρῄνεσεν εὔνοιαν τῇ Ῥώμῃ τηρεῖν, καὶ τὰς φρουρὰς ἁπάσας ἐξήγαγε, καὶ ἀπῆρε μετὰ παντὸς τοῦ στρατοῦ.

Ἀφικομένου δ' ἐς Ῥώμην τοῦ Φλαμινίου ὁ Νάβις ἐνεωτέρισε. κἀκ τούτου καὶ τὸ Ἑλληνικὸν ἅπαν ὡς εἰπεῖν ἐταράχθη, τῶν Αἰτωλῶν σφᾶς ἐναγόντων· παρεσκευάζοντό τε ὡς πολεμήσοντες, καὶ πρὸς τὸν Φίλιππον καὶ τὸν Ἀντίοχον ἐπρεσβεύοντο. καὶ W II 102 *ἔπεισαν αὐτὸν ἐκπολεμωθῆναι Ῥωμαίοις, ὡς καὶ τῆς Ἑλλάδος* B

1 *τῇ δ'* — 3 *ἐπεξῆλθε* om A. 21 *καὶ* om A.

postridie oppugnantes cum magna clade suorum adortus de caetero intra moenia se continuit. Flaminius igitur parte copiarum ibi relicta ne hostis alio abiret, ipse cum fratre suo, Rhodiis et Eumene Attali filio, agros vastavit. quibus rebus ad desperationem adactus Nabis caduceatore ad Flaminium misso non statim pacem impetravit: nam quae condiciones ei ferebantur, eas neque repudiare neque multitudine prohibente accipere ausus est. sed cum Romani urgerent, et totam paene Spartam (quadam enim parte moenia non habebat) cepissent, non diutius cunctatus, pace cum Flaminio facta et legatis Romam missis reconciliatus est.

Flaminius tum omnibus Graecis libertatem dedit, eosque postea convocatos, beneficiis quae accepissent commemoratis, monuit ut benevolentiam erga populum Romanum conservarent; et praesidiis omnibus deductis cum toto exercitu discessit.

Romam profecto Nabis novis rebus studuit. quo motu tota paene Graecia impulsu Aetolorum est concussa: seque bello gerendo pararunt, ad Philippum et Antiochum legatis missis. cui persuaserunt ut Romanis

τῆς Ἰταλίας τε βασιλεύσοντα. τοῖς δὲ Ῥωμαίοις τῶν πραγμάτων τεταραγμένων οὐχὶ περιγενέσθαι τοῦ Ἀντιόχου ἐλπὶς ἦν, ἀλλ' ἠγάπων εἴ γε τὰ ἑαυτῶν διασώσαιντο. ὁ γὰρ Ἀντίοχος μέγας μὲν καὶ ἐπὶ τῇ οἰκείᾳ δυνάμει ἐδόκει δι' ἄλλα τε καὶ ὅτι τὴν Μηδίαν κατεστρέψατο, πολλῷ δ' ἔτι μείζων ἐγένετο ὅτι τὸν Πτολεμαῖον τὸν τῆς Αἰγύπτου βασιλέα καὶ τὸν Ἀριαράθην τὸν τῆς Καππαδοκίας κηδεστὴν προσετέθειτο.

Τοιοῦτον τὸν Ἀντίοχον νομιζόμενον οἱ Ῥωμαῖοι, μέχρι μὲν τῷ Φιλίππῳ ἐπολέμουν, ἐθεράπευον, φιλίως τε διὰ πρέσβεων ὁμιλοῦντες καὶ δῶρα πέμποντες· ἐπεὶ δ' ἐκεῖνον ἐνίκησαν, καὶ
C τούτου ὃν πρόσθεν ἐδεδίεσαν κατεφρόνουν. ὁ δὲ ἐς τὴν Θρᾴκην ἐπεραιώθη καὶ ἄλλα τε παρεστήσατο, καὶ τὴν Λυσιμαχίαν ἀνεστηκυῖαν συνῴκισεν, ὡς ὁρμητηρίῳ ταύτῃ χρησόμενος· καὶ γὰρ αὐτὸν καὶ ὁ Φίλιππος καὶ ὁ Νάβις ἐπηγάγοντο. ὅ τε Ἀννίβας αὐτῷ συγγενόμενος ἐλπίσαι πεποίηκεν ἐς τὴν Καρχηδόνα κἀκεῖθεν εἰς τὴν Ἰταλίαν πλεῦσαι, καὶ τὰ τοῦ Ἰονίου κόλπου ἔθνη προσκαταστρέψασθαι, καὶ μετ' αὐτῶν ἐπὶ τὴν Ῥώμην ὁρμῆσαι. ἔφθη γοῦν ὁ Ἀντίοχος καὶ δὶς ἐς τὴν Εὐρώπην διαβὰς εἴς τε τὴν Ἑλ-
D λάδα ἀφικόμενος. πυθόμενος δὲ τὸν Πτολεμαῖον τεθνηκέναι, καὶ περὶ παντὸς τῆς Αἰγύπτου κρατῆσαι ποιούμενος, τὸν μὲν υἱὸν Σέλευκον ἐν τῇ Λυσιμαχίᾳ σὺν δυνάμει κατέλιπεν, αὐτὸς δὲ

1 βασιλεύοντα A. 4 ἐδόκει δυνάμει B. 6 ἀράθην A. 7 προσετίθετο A. 11 οἱ δὲ ἐς τὴν θρᾴκην ἐπεραιώθησαν· ἄλλα τε A. 12 λυσιμαχίδα ABC, qui mox λυσιμαχίᾳ. illud tamen non prorsus insolens est: cf. Ἡρακλεΐδα Syncelli p. 489 v. 25 et Ἡρακλεΐδα πόλιν Malalae p. 204 v. 9 et 13 ed. Bonn. at Ἡρακλειῶτις Zonarae p. 146 v. 9 est regio, Heracleotes tractus, ut est apud Plinium. 13 συνῴκησεν A. 17 ἔφθην οὖν A.

bellum inferret, spe et Graeci et Italici regni proposita. Romani turbatis adhuc rebus, sine ulla spe Antiochi superandi, satis habuerunt si qua tueri possent. nam Antiochus domesticis viribus multum posse putabatur, cum propter alia, tum quod Mediam subegisset: sed multo maior factus erat affinitate Ptolemaei Aegypti et Ariarathis Cappadociae regum.

Antiochum igitur, de quo talis esset opinio, belli Philippici tempore coluerunt, per legatos amice cum eo agentes et munera missitantes: sed Macedone victo, quem pridem timuerant, contempserunt. at ille in Thraciam traiecit, et praeter alia vi subacta Lysimachiam desolatam instauravit, qua ad belli gerendi commoditatem uteretur, a Philippo et Nabide arcessitus. Hannibal quoque coram in spe eum erexerat, fore ut Carthaginem atque inde in Italiam navigans, Ionii sinus gentibus subactis, Romam ipsam oppugnare posset. pervenit autem Antiochus bis in Europam atque in Graeciam. sed Ptolemaei morte audita cum in eo sibi putaret esse omnia ut Aegypto potiretur, Seleuco filio Lysimachiae cum copiis relicto abitum paravit. caeterum cum Ptolemaeum

ἀναζεύξας, καὶ ζῶντα τὸν Πτολεμαῖον μαθών, τῆς μὲν Αἰγύπτου ἀπέσχετο, ἐπιχειρήσας δ' ἐς Κύπρον πλεῦσαι ἔπταισεν ὑπὸ χειμῶνος, καὶ οἴκαδε ἀνεχώρησε. καὶ πρέσβεις οἱ Ῥωμαῖοι κἀκεῖνος ἀντεπέστελλον ἀλλήλοις ἀντεγκαλοῦντες, ὅπως πρόφασίν τε τοῦ πολέμου λάβωσι καὶ ὅπως τὰ παρ' ἀλλήλοις προκατασκέψωνται.

Ἀννίβας δὲ τὴν μεγίστην τῶν παρὰ Καρχηδονίοις ἀρχῶν εἰληφώς, καὶ προσκρούσας ἀπ' αὐτῆς τοῖς δυνατωτάτοις, ἐμισήθη τε ὑπ' αὐτῶν καὶ πρὸς τοὺς Ῥωμαίους διεβλήθη ὡς τά τε τῶν P I 450 Καρχηδονίων νεωτερίζων καὶ τῷ Ἀντιόχῳ κοινολογούμενος. καὶ μαθών τινας ἐκ τῆς Ῥώμης παρόντας, καὶ δείσας μὴ συλληφθῇ, ἀπέδρα νυκτὸς ἐκ τῆς Καρχηδόνος. καὶ πρὸς τὸν Ἀντίοχον ἐλθὼν ἑαυτῷ τε τὴν εἰς τὴν πατρίδα κάθοδον καὶ τὸν πρὸς τοὺς Ῥωμαίους πόλεμον ἔπραττεν, ὑπισχνούμενος ἐκείνῳ περιποιήσειν τό τε τῆς Ἑλλάδος κράτος καὶ τὸ τῆς Ἰταλίας· μέχρις οὗ σφίσιν ὁ Σκιπίων ὁ Ἀφρικανὸς συνεγένετο. οὗτος γὰρ δικαστὴς ἐς τὴν Λιβύην πεμφθεὶς τῷ τε Μασινίσσᾳ καὶ τοῖς Καρχηδονίοις περὶ ὅρων γῆς διαφερομένοις, μετέωρον τὴν ἔχθραν αὐτῶν κατέλιπεν, B ἵν' ἀλλήλοις τε διαφέροιντο καὶ μηδεὶς αὐτῶν διὰ τὴν κρίσιν κατὰ Ῥωμαίων ὀργίζοιτο. ἐντεῦθεν δ' εἰς τὴν Ἀσίαν διέβη, λόγῳ μὲν ὡς πρεσβεύσων πρὸς τὸν Ἀντίοχον, ἔργῳ δὲ ἵνα κἀκεῖνον καὶ τὸν Ἀννίβαν ἐπιφανεὶς καταπλήξῃ, καὶ πράξῃ τὰ τοῖς Ῥωμαίοις συμφέροντα. ἀφικομένου δ' αὐτοῦ οὐχ ὁμοίως ἔτι προσεῖχεν ὁ Ἀντίοχος τῷ Ἀννίβᾳ· ὑπώπτευσε γὰρ αὐτὸν δι' ἀπορρήτων ὁμι-

4 ἀλλήλοις ABCW, ἀλλήλους P. 6 καρχηδονίων A. 12 ἑαυτὸν τὲ εἰς τὴν πατρ. A. 14 τὸ om A. 17 ὅρον A.

adhuc superstitem esse cognovisset, Aegypto abstinuit: in Cyprum navigaturus tempestate conflictatus domum rediit. legatos porro et ille et Romani miserunt invicem, cum ut de iniuriis expostulantes belli causam quaererent, tum ut quae vires adversae partis essent utrique explorarent.

Hannibal vero summum apud Carthaginienses magistratum gerens, eoque potentissimorum civium susceptis odiis, apud Romanos accusatus est, ut qui et Carthagine res novas moliretur et cum Antiocho arcana consilia tractaret. itaque cognita Romanorum quorundam praesentia, veritus ne comprehenderetur, noctu Carthagine aufugit. et ad Antiochum profectus id molitus est ut et sibi reditum in patriam et Romanis bellum conficeret, et Graeciae et Italiae imperium illi promittens: donec Scipio Africanus ad eos venit. is enim iudex in Africam missus ut inter Masinissam et Carthaginienses de finibus disceptantes sententiam ferret, inimicitias eorum vigere passus est, ut et ipsi inter sese contenderent, et neutri ob iudicium Romanis irascerentur. inde in Asiam traiecit, per speciem legationis apud Antiochum obeundae: re vera ea de causa, ut praesentia sua et rege et Hannibale territis ea ageret quae essent e re publica. cum ad Antiochum pervenisset, rex Hannibali non

λήσαντα τῷ Σκιπίωνι, καὶ ἄλλως δὲ αὐτὸν ἐβαρύνετο, ὅτι ἅπαν βούλευμα τῷ Ἀννίβᾳ πᾶς ἐπεγράφετο, καὶ τὴν τοῦ πολέμου κατόρθωσιν ἐν τούτῳ πάντες ἐπήλπιζον. διὰ γοῦν ταῦτα καὶ ἐφθό-
C νησε τῷ Ἀννίβᾳ, καὶ ἐφοβήθη αὐτὸν ἵνα μή τι δυνηθεὶς μεταβάληται· καὶ οὔτε στράτευμα παρέσχεν αὐτῷ, οὔτ' ἐς τὴν Καρχηδόνα ἔπεμψεν· οὐδ' ἐν ταῖς συνουσίαις αὐτῷ κατακόρως ἐκέχρητο, ἀλλὰ καὶ ἐπετήδευε μηδὲν τῶν πραττομένων αὐτοῦ δο-
W II 103 κεῖν εἶναι.

19. Ἡ δὲ περὶ τοῦ Ἀντιόχου φήμη πολλὴ τὴν Ῥώμην κατέσχε καὶ ἐς φροντίδα τοὺς Ῥωμαίους οὐκ ἐλαχίστην κατέστησε. συχνῶν δὲ περὶ τοῦ Ἀντιόχου θρυλλουμένων, καὶ τῶν μὲν ὅτι τὴν Ἑλλάδα πᾶσαν ἤδη κατέχει, τῶν δ' ὅτι ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν ἐπείγεται λογοποιούντων, οἱ Ῥωμαῖοι πρέσβεις εἰς τὴν Ἑλλάδα ἄλλους
D τε καὶ Φλαμίνιον οἰκείως αὐτοῖς ἔχοντα ἔστειλαν, ὅπως τόν τε Φίλιππον καὶ ἐκείνους ἐπίσχῃ μηδὲν νεοχμῶσαι, καὶ στρατηγοὺς Μάρκον μὲν Βαίβιον εἰς Ἀπολλωνίαν, εἰ ταύτῃ ἐς τὴν Ἰταλίαν περαιωθῆναι τολμήσειεν ὁ Ἀντίοχος, Αὖλον δὲ Ἀτίλιον ἐπὶ τὸν Νάβιν. καὶ οὗτος μὲν οὐδὲν ἔπραξεν (ἔφθη γὰρ ὁ Νάβις ὑπὸ τῶν Αἰτωλῶν φθαρεὶς ἐξ ἐπιβουλῆς, καὶ ἡ Σπάρτη ἥλω ὑπὸ τῶν Ἀχαιῶν), ὁ δὲ Βαίβιος καὶ ὁ Φίλιππος πολλὰ τῆς Θεσσαλίας ἐβεβαιώσαντο. ταῖς γὰρ πρὸς τοὺς Ῥωμαίους ὁμολογίαις ὁ Μα-

4 δυνηθῇ καταβάληται A. 13 εἰς τὴν Ἑλλάδα om A. 17 ἀτίλιον ABC, Ἀττίλιον PW. ἐπὶ] καὶ ἐπὶ A. 20 τοῖς Θεσσαλοῖς A.

Fontes. Cap. 19. *Dionis Historiae Romanae libri deperditi: excerptum Peirescianum* 68.

perinde auscultavit, eumque suspectum habuit ob arcana cum Scipione colloquia, iam antea quoque parum gratum, quod omnia consilia Hannibali adscriberentur, omnium spes belli rite conficiendi ab eo penderet. ob haec invidens Hannibali, timuit ne potestate data mutaretur. itaque nec exercitum dedit nec Carthaginem eum remisit neque in arctiorem familiaritatem admisit, sed de industria id egit ut nihil eius consilio gestum esse videretur.

19. Fama porro de Antiocho maxima Romae fuit, neque is curam civitati minimam attulit. de quo cum multa dicerentur, atque alii eum iam totam Graeciam obtinere alii in Italiam properare fabularentur, Romani cum alios legatos, tum Flaminium in Graeciam, ut et Philippum et caeteros a studio novarum rerum pro amicitia dehortaretur, et praetores M. Baebium Apolloniam, si Antiochus ibi traiicere auderet, A. Atilium adversus Nabidem miserunt. et hic quidem nihil egit, Nabide iam per insidias ab Aetolis perempto Spartaque ab Achaeis capta: sed Baebius et Philippus multa loca Thessaliae firmarunt. Macedo enim tum

κεδὼν ἐμμεμένηκε, διά τε ἄλλα καὶ ὅτι ὁ Ἀντίοχος χωρία αὐτοῦ ἐν τῇ Θρᾴκῃ τινὰ ἐπεσπάσατο.

Ὁ δέ γε Φλαμίνιος περιιὼν τὴν Ἑλλάδα τοὺς μὲν μηδ' ἀπο- P I 451
στῆναι ἔπεισε, τοὺς δὲ καὶ ἀποστάντας ἤδη μετέστησε, πλὴν Αἰτωλῶν καὶ ἑτέρων τινῶν. αὐτοί τε γὰρ τῷ Ἀντιόχῳ προσεχώρησαν, καὶ ἄλλους τοὺς μὲν ἑκόντας συνίστων, ἐνίους δέ γε καὶ ἄκοντας. καὶ ὁ Ἀντίοχος, καίτοι χειμῶνος ὄντος, ὅμως πρὸς τὰς τῶν Αἰτωλῶν ἐλπίδας ἔσπευσε· διὸ οὐδὲ ἀξιόμαχον ἐπήγετο δύναμιν. τὴν μέντοι Χαλκίδα μετ' αὐτῶν ἔλαβε, τήν τε ἄλλην Εὔβοιαν προσεποιήσατο. καὶ ἐν τοῖς αἰχμαλώτοις Ῥωμαίους τινὰς εὑρών, πάντας αὐτοὺς ἀφῆκε. καὶ ἐς τὴν Χαλκίδα διεχείμασεν· ὅθεν αὐτός τε καὶ οἱ στρατηγοὶ οἵ τε στρατιῶται αὐτοῦ τὰς γνώμας προδιεφθάρησαν. τῇ τε γὰρ ἄλλῃ ῥᾳστώνῃ καὶ ἔρωτι κόρης B
τινὸς ἐς τὸ ἀβροδίαιτον ἐξώκειλε, καὶ τοὺς ἄλλους ἀπολέμους ἐποίησεν.

Οἱ δ' ἐν τῇ Ῥώμῃ, μαθόντες αὐτὸν ἐς τὴν Ἑλλάδα παρόντα τήν Χαλκίδα τε ᾑρηκότα, τὸν πόλεμον φανερῶς ἀνείλοντο· καὶ τῶν ὑπάτων Σκιπίωνα μὲν τὸν Νασικᾶν ἐπὶ φυλακῇ τῆς Ἰταλίας κατέσχον, Μάνιον δὲ Γλαβρίωνα μετὰ στρατοῦ πολλοῦ ἐς τὴν Ἑλλάδα πεπόμφασι. καὶ ὁ μὲν Νασικᾶς τοὺς Βοουΐους προσεπολεμώσατο, ὁ δὲ Γλαβρίων τὸν Ἀντίοχον ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἐξήλασε. καὶ ἐς τὴν Θεσσαλίαν ἐλθὼν πολλὰ τῶν ταύτῃ μετὰ

4 καὶ om C. 6 ἐνίους δέ γε] τοὺς δὲ C. 8 ἐλπίσας A. 11 ἐχείμασεν B. 12 ὅθεν αὐτός τε — 15 ἀπολέμους ἐποίησεν Dionis excerptum Peirescianum 68. 13 προσδιεφθάρησαν Dionis exc. τε om A. 22 ἐξέωσε, mg γρ ἐξήλασε, A.

ob alia, tum quod Antiochus ei Thraciae quaedam loca eripuerat, Romanis servabat fidem.

Flaminius Graeciam passim obiens aliis persuasit ne deficerent, alios ad officium reduxit, praeter Aetolos et quosdam alios. hi enim et ipsi ad Antiochum se contulerant, et alios partim coactos partim volentes eodem pertraxerant. Antiochus vero, quamvis hiberno tempore, tamen ut spei Aetolorum satisfaceret, sine iustis copiis advenit; et illis adiutantibus Chalcidem cepit, et reliqua Euboea potitus Romanos quosdam inter captivos repertos omnes dimisit; et Chalcide hibernavit. ubi et ipsius et ducum eius et militum animi cum aliis deliciis corrupti sunt, tum ipse ex amore puellae cuiusdam voluptatum illecebris irretitus etiam caeteros bello ineptos fecit.

Romani audito eius in Graeciam adventu et Chalcidis expugnatione bellum aperte susceperunt, et altero consule Scipione Nasica ad Italiae defensionem relicto Manium Glabrionem cum magno exercitu in Graeciam miserunt. quorum ille cum Boiis bellum gessit, hic Antiochum e Graecia eiecit. ac Thessaliam ingressus magnam eius partem cum Baebio

τοῦ Βαιβίου καὶ τοῦ Φιλίππου παρεστήσατο. τόν τε γὰρ Μεγα-
C λοπολίτην Φίλιππον ἑλὼν εἰς τὴν Ῥώμην ἀπέστειλε, καὶ τὸν
Ἀμύνανδρον ἐκ τῆς ἀρχῆς ἐκβαλὼν τῷ Μακεδόνι αὐτὴν ἔδωκεν.

Ὁ δ' Ἀντίοχος ἐν τούτοις ἡσυχίαν ἄγων ἐν τῇ Χαλκίδι διέ-
τριβεν· εἶτα εἰς τὴν Βοιωτίαν ἐλήλυθε καὶ ἐν ταῖς Θερμοπύλαις
ἀντιπροσιόντας οἱ τοὺς Ῥωμαίους ὑπέμεινε· πρὸς γὰρ τὴν τῶν
στρατιωτῶν ὀλιγότητα σύμμαχον τὴν τοῦ χωρίου φύσιν ἕξειν ἐνό-
μισε. καὶ ἵνα μή τι καὶ αὐτὸς πάθῃ οἷον οἱ Ἕλληνες οἱ πρὸς
τὸν Μῆδον ἀντιταχθέντες ἐκεῖ, μέρος τι τῶν Αἰτωλῶν ἐπὶ τὰ
ἄκρα τῶν ὀρῶν ἀνεβίβασεν, ὥστε φρουρῆσαι αὐτά. ὁ δὲ Γλα-
βρίων βραχύ τε τῶν χωρίων ἐφρόντισε καὶ τὴν μάχην οὐκ ἀνεβά-
λετο, ἀλλὰ Πόρκιον μὲν Κάτωνα καὶ Οὐαλλέριον Φλάκκον ὑπο-
D στρατήγους νυκτὸς ἐπὶ τοὺς Αἰτωλοὺς τοὺς ἐν τοῖς ἄκροις ἀπέ-
στειλεν, αὐτὸς δὲ τῷ Ἀντιόχῳ ὑπὸ τὴν ἕω συνέμιξε. καὶ ἕως
μὲν ἐν τῷ ὁμαλῷ ἐμάχετο, ἐπεκράτει, ἀναχωρήσαντος δὲ τοῦ
Ἀντιόχου πρὸς τὰ μετέωρα ἠλαττοῦτο, μέχρις ὁ Κάτων κατὰ νώ-
του οἱ ἐγένετο. τοῖς γὰρ Αἰτωλοῖς καθεύδουσιν ἐπελθὼν τοὺς
μὲν πλείους ἀπέκτεινε καὶ τοὺς λοιποὺς διεσκέδασε, κἀντεῦθεν
καταδραμὼν καὶ τῆς κάτω μάχης μετέσχε. καὶ τόν τε Ἀντίοχον
W II 104 ἔτρεψαν καὶ τὸ στρατόπεδον αὐτοῦ εἷλον. καὶ ὁ μὲν ἐς τὴν Χαλ-
κίδα εὐθὺς ἀπεχώρησε, μαθὼν δὲ τὸν ὕπατον προσιόντα, ἐς τὴν
Ἀσίαν ἀνεκομίσθη λαθών.

Καὶ τὴν μὲν Βοιωτίαν καὶ τὴν Εὔβοιαν ὁ Γλαβρίων αὐτίκα
P I 452 κατέσχε, τῇ δ' Ἡρακλείᾳ, μὴ βουληθέντων αὐτῷ προσχωρῆσαι

1 γὰρ om C. 3 ἀμένανδρον A.

et Philippo subegit: nam et Philippum Megalopolitanum captum Romam misit, et Amynandro eiecto dicionem eius Macedoni tradidit.

Antiochus interim Chalcide otium agens, post in Boeotiam venit, in Thermopylis Romanorum aggressionem exspectaturus. nam loci naturam paucitati suorum militum subsidio fore iudicabat; ac ne idem sibi quod Graecis bello Persico accideret, partem Aetolorum in montium cacumina praesidii causa misit. sed Glabrio, contemptis locorum angustiis pugnaque non dilata, Porcium Catonem et Valerium Flaccum legatos noctu contra Aetolos in montium cacumina misit: ipse cum Antiocho mane congressus, dum in planitie pugnatur superior, exercitu ab Antiocho ad altiora loca subducto inferior fuit, donec Cato hostes a tergo est adortus. qui cum Aetolos dormientes oppressisset, plerisque caesis, reliquis dissipatis, decurrit, et pugnae etiam inferioris fuit particeps. Antiochus victus et castris exutus mox Chalcidem redit, et consulis adventu cognito clam in Asiam discedit.

Glabrio vero Boeotiam et Euboeam statim occupat. Heraclea Aetolis deditionem renuentibus oppugnata, urbem inferiorem obsidione

τῶν Αἰτωλῶν, προσβολὰς ἐποιεῖτο· καὶ τὴν μὲν κάτω πόλιν πολιορκίᾳ εἷλε, τοὺς δ' ἐς τὴν ἀκρόπολιν ἀναφυγόντας ὁμολογίᾳ παρεστήσατο. ἐν δὲ τοῖς τότε ζωγρηθεῖσι καὶ Δημόκριτος ὁ στρατηγὸς τῶν Αἰτωλῶν ἐγένετο, ὅς τῷ Φλαμινίῳ ποτὲ τὴν συμμαχίαν ἠρνήσατο, καὶ ψήφισμα ἐκείνου αἰτήσαντος ἵν' ἐς τὴν Ῥώμην πέμψῃ, "θάρρει" ἔφη· "ἐγὼ γὰρ αὐτὸ κομιῶ μετὰ τοῦ στρατοῦ καὶ παρὰ τῷ Τιβέριδι ὑμῖν ἀναγνώσομαι." τοῦ Φιλίππου δὲ τὴν Λάμιαν πολιορκοῦντος ἐπῆλθεν ἐπ' αὐτὴν ὁ Γλαβρίων, καὶ τήν τε νίκην καὶ τὴν λείαν ἐσφετερίσατο. τῶν μέντοι Αἰτωλῶν οἱ λοιποὶ συναλλαγῆναι μὲν ἠθέλησαν, οὐκ ἐσπείσαντο B δέ, τοῦ Ἀντιόχου πρέσβεις αὐτοῖς καὶ χρήματα πέμψαντος, ἀλλὰ πρὸς πόλεμον ἡτοιμάζοντο. καὶ ὁ Φίλιππος ὑπεκρίνετο μὲν τὴν πρὸς τοὺς Ῥωμαίους φιλίαν, τὰ δὲ τοῦ Ἀντιόχου ἐφρόνει. ἐν τούτῳ δὲ Ναύπακτον ὁ Γλαβρίων τῶν Αἰτωλῶν οὖσαν ἐπολιόρκει· οὓς ἐλθὼν ὁ Φλαμίνιος ἔπεισε σπείσασθαι, γνωρίμως αὐτοῖς ἔχων. καὶ πρέσβεις εἰς τὴν Ῥώμην ἐκεῖνοί τε καὶ οἱ Ἠπειρῶται ἐστάλκασι. καὶ ὁ Φίλιππος στέφανον νικητήριον τῷ Διὶ τῷ Καπιτωλίῳ πέμψας ἄλλα τε ἀντειλήφει καὶ τὸν υἱὸν τὸν Δημήτριον ἐν Ῥώμῃ ὁμηρεύοντα. τοῖς δ' Αἰτωλοῖς σπονδαὶ οὐκ ἐγένοντο· οὐ C γὰρ ἐλαττωθῆναί τι κατεδέξαντο.

20. Ἐπὶ δὲ τὸν Ἀντίοχον οἱ Ῥωμαῖοι τοὺς Σκιπίωνας ἔταξαν τόν τε Ἀφρικανὸν καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Λούκιον. οἳ

5 *συμμαχίδα* B. 18 *τὸν* alterum add ABC.

Fontes. *Cap.* 20. *Dionis Historiae Romanae libri deperditi: excerpta Peiresciana* 69 70.

capit, eos vero qui in arcem confugerant ad deditionem compellit. et inter caeteros Democritus quoque dux Aetolorum captus est, qui aliquando Flaminii societate repudiata, ei decretum petenti quo Romam mitteret, dixerat "bono animo esto: ego enim id cum exercitu afferam et iuxta Tiberim vobis recitabo." Philippo Lamiam obsidente, Glabrio adventu suo et victoriam et manubias intercepit. caeteri Aetoli, cum Romanis conciliari vellent, pecunia per legatos ab Antiocho accepta, repudiata pace bello se pararunt, Philippo Romanorum amicitiam simulante, cum Antiocho clam studeret. interea Glabrione Naupactum Aetolicae dicionis obsidente, Flaminius civibus cum quibus ei notitia erat persuasit ut pacem amplecterentur. itaque et hi et Epirotae legatos Romam miserunt. Philippus corona triumphali Iovi Capitolino donata praeter alia munera filium quoque Demetrium obsidem in urbe agentem recepit. Aetolis ideo pax data non est, quod nulla re deteriore condicione esse volebant.

20. Contra Antiochum Romani Scipiones Africanum et fratrem eius Lucium miserunt. qui Aetolis inducias dederunt, dum Romam le-

τοῖς μὲν Αἰτωλοῖς ἀνοχὴν ἔδοσαν ἵν' ἐς τὴν Ῥώμην αὖθις ὑπὲρ τῆς εἰρήνης πρεσβεύσωνται, ἠπείγοντο δ' ἐπὶ τὸν Ἀντίοχον, καὶ ἐπὶ Μακεδονίαν ἐλθόντες, συμμάχους τε λαβόντες ἐκ τοῦ Φιλίππου, ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον ἤλασαν. καὶ ἐς τὴν Ἀσίαν περαιωθέντες τὰ πλεῖστα τῶν παραθαλασσίων κατέλαβον προκατειλημ-
D μένα παρὰ τῶν ἐκεῖ προαπελθόντων Ῥωμαίων, πρὸς δὲ καὶ τοῦ Εὐμένους καὶ τῶν Ῥοδίων, οἳ καὶ τὸν Ἀννίβαν ναῦς τινας ἐκ Φοινίκης ἄγοντα περὶ Παμφυλίαν ἐνίκησαν. καὶ Εὐμένης δὲ καὶ Ἄτταλος ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ τὴν χώραν ἐκάκουν τοῦ Ἀντιόχου, καὶ πόλεις αἱ μὲν βίᾳ αἱ δ' ἑκούσιαι πρὸς τοὺς Ῥωμαίους μεθίσταντο, ὥστε ἐκ τούτων ἀναγκασθῆναι τὸν Ἀντίοχον τὴν Εὐρώπην τε παντελῶς ἐκλιπεῖν καὶ τὸν υἱὸν Σέλευκον ἀπὸ τῆς Λυσιμαχίας ἀπαγαγεῖν. ὃν ἐπανελθόντα σὺν δυνάμει ἐπὶ τὴν Πέργαμον ἔπεμψεν. ὡς δὲ προσεδρεύσας τῇ πόλει οὐδὲν ἐπέρανε, καὶ οἱ Σκιπίωνες ἐπῆλθον, εὐθὺς αὐτοῖς ἐπεκηρυκεύσατο, προσδοκήσας τεύξεσθαι τῆς εἰρήνης, ὅτι τὸν Ἀφρικανοῦ υἱὸν συλλαβὼν ἐν θεραπείᾳ εἶχε πολλῇ· καὶ τέλος, καίπερ τῶν σπονδῶν ἁμαρτών, ἄνευ
P I 453 λύτρων ἀφῆκεν αὐτόν. οὐκ ἐγένετο δὲ ἡ εἰρήνη, τοῦ Ἀντιόχου ἃ οἱ Ῥωμαῖοι ἀπῄτουν μὴ συνθεμένου ποιῆσαι.

Τέως μέντοι ἐπὶ πολὺ ἡσύχασαν, εἶτα καὶ ἐπολέμησαν. ὁ δὲ ἀγὼν οὕτως ἐγένετο. πρῶτα τὰ ἅρματα, εἶτα τοὺς ἐλέφαντας ὁ Ἀντίοχος ἔταξε, καὶ μετὰ ταῦτα τοὺς σφενδονήτας καὶ τοὺς

2 τῆς om A. 7 Εὐμενοῦς et 8 Εὐμενὴς PW, quae p. 255 v. 6 Εὐμένης. 8 ἀνάγοντα A. 9 ἐκάκον A. 10 τοὺς om A. 16 ὅτι τὸν Ἀφρικανοῦ — 18 ἀφῆκεν αὐτόν Dionis excerptum Peirescianum 69. 18 ἡ om A. 21 τὰ] μὲν A.

gatos pacificatum mitterent. et quia contra Antiochum properabant, in Macedoniam profecti, acceptisque a Philippo auxiliis, per Hellespontum in Asiam traiecti, maximam orae maritimae partem a Romanis, qui prius eo venerant, atque ab Eumene et Rhodiis praeoccupatam invenerunt: a quibus etiam Hannibal naves aliquot e Phoenicia ducens iuxta Pamphylíam victus fuerat. Eumene porro et Attalo fratre eius Antiochi regnum vastantibus, urbes partim ultro partim coactae ad Romanos defecerunt. unde necessitas Antiocho imposita est Europa prorsus excedendi, et Seleuci filii Lysimachia revocandi. quem reversum cum copiis Pergamum misit. ut autem obsidio inanis erat, et Scipiones adventabant, statim caduceatore misso spem pacis impetrandae habuit, quod Africani filium captum honorificentissime tractaret: quem tandem, quamvis spe sua frustratus, gratis dimisit. quo minus autem pax fieret, in causa fuere condiciones, quas Romani tulerant, non acceptae.

Cum ad tempus quievissent, repetito bello haec pugnae ratio fuit. Antiochus primo loco currus disposuit, secundo elephantos, deinde fundi-

τοξότας. τὴν μὲν οὖν ἐκδρομὴν τῶν ἁρμάτων προεκδραμόντες οἱ Ῥωμαῖοι καὶ μετὰ κραυγῆς σφίσι πολλῆς ἀντιμέτωποι προσπεσόντες ἀνέκοψαν, ὥστε τὰ πολλὰ αὐτῶν ἐς τοὺς ἐλέφαντας τραπόμενα πάλιν τὸ οἰκεῖον συνετάραξαν (αὐτοί τε γὰρ ἐπλανῶντο καὶ τοὺς ἐπιτεταγμένους σφίσιν ἐκφοβήσαντες διεσκέδασαν), τὴν δὲ τοξείαν καὶ τὴν σφενδόνησιν ὄμβρος πολὺς ἐπιγενόμενος ἀσθενῆ B ἐποίησεν· ὁμίχλη τε πλείστη καὶ βαθεῖα συμβᾶσα τοὺς μὲν Ῥωμαίους W II 105 ἅτε κρατοῦντας καὶ ἀγχεμάχως ἐκ χειρὸς μαχομένους οὐδὲν ἐνεπόδισε, τοὺς δ᾽ ἐναντίους, οἷα πεφοβημένους ἵππῳ τε καὶ τοξείᾳ τὸ πλεῖστον χρωμένους, τήν τε πρόοψιν εἰς τὰ τοξεύματα ἀφείλετο, καὶ περὶ ἀλλήλους ὡς ἐν σκότῳ πλανωμένους ἔσφηλεν. ὅμως δ᾽ οὖν ἴσχυσεν ὁ Ἀντίοχος τοῖς καταφράκτοις ἱππεῦσι τοὺς ἀντιστάντας αὐτῷ τρεψάμενος μέχρι τοῦ στρατοπέδου ἐλθεῖν ἐπιδιώκων αὐτούς. καί γε εἷλεν ἂν αὐτό, εἰ μὴ Μάρκος Αἰμίλιος Λέπιδος ὁ τὴν φρουρὰν αὐτοῦ ἔχων τοὺς πρώτους προσιόντας τῶν Ῥωμαίων ἀπέκτεινεν, ἐπεὶ μὴ ἔπεισεν αὐτοὺς τῆς φυγῆς ἐπισχεῖν. C ἐκ γὰρ τούτου ἐκείνων τε οἱ λοιποὶ ὑποστρέψαντες καὶ αὐτὸς ἀκραιφνέσιν ἐπεκδραμὼν τοῖς φρουροῖς ἀπεώσαντο τὸν Ἀντίοχον. ἐν ᾧ δὲ τοῦτ᾽ ἐγίνετο, Ζεῦξις καθ᾽ ἕτερον μέρος τῷ ταφρεύματι προσβαλὼν εἴσω τε αὐτοῦ εἰσῆλθε καὶ ἁρπαγὴν ἐποιεῖτο, μέχρις οὗ ὁ Λέπιδος ᾔσθετο. τότε γὰρ κἀκεῖνος τὸ σφέτερον ἐρρύσατο, καὶ ὁ Σκιπίων τὸ τοῦ Ἀντιόχου εἷλε, καὶ ἐν αὐτῷ πολλοὺς μὲν ἀνθρώπους, πολλοὺς δ᾽ ἵππους ὑποζύγια ἀργύριον

2 σφίσι om A. 8 ἀγχεμάχως] ἀγχωμάλως unus e Wolfii codicibus, ut videtur. 15 πρώτως A. 18 ἀπεώσατο A.

tores et sagittarios. curruum impetum Romani priores excursione facta magnoque clamore sublato in eos illati retuderunt, ut pleriquc in elephantos rursus conversi amicorum aciem turbarent, cum et ipsi temere ferrentur, et commilitones territos dissiparent. sagittarii vero et funditores magno imbre sunt debilitati. ad haec, magna et densa nebula Romanos quippe victores et cominus totis viribus pugnantes nihil impediit, sed adversarios territos et sagittariis atque equitatu maxime nitentes, adempto prospectu ad dirigenda tela, inter sese ut in tenebris oberrantes multum laesit. Antiochus tamen cataphractis equitibus adversum cornu profligatum usque ad castra persecutus est; eaque cepisset, nisi M. Aemilius Lepidus iis custodiendis relictus Romanorum primos accedentes occidisset, cum eis ut fugam sisterent persuadere non potuisset. tum enim et reliqui in hostem redierunt, et ipse cum integris praesidiariis excursione facta Antiochum reppulit. interea vero Zeuxis ab alia parte in vallum irrupit, idque diripuit: donec Lepidus re animadversa et sua castra defendit, et Scipio Antiochi castra cepit. in iis multi mortales, multi equi iumenta argentum aurum ebur et aliae res pretiosae inventae.

χρυσίον ἐλέφαντα ἄλλα τε πολλὰ καὶ πολυτελῆ εὗρε. καὶ ὁ μὲν Ἀντίοχος ἡττηθεὶς αὐτίκα ἐς τὴν Συρίαν ἀνεχώρησεν, οἱ δ' Ἕλ-
D ληνες οἱ ἐν τῇ Ἀσίᾳ τοῖς Ῥωμαίοις προσέθεντο.

Μετὰ δὲ ταῦτα ἀνακωχή τις ἐπικηρυκευσαμένου τοῦ Ἀντιόχου ἐσπείσθη. ὅ τε γὰρ Ἀφρικανὸς εὐνοϊκῶς οἱ διὰ τὸν υἱὸν εἶχε, καὶ ὁ ὕπατος οὐκ ἤθελε τὴν νίκην τῷ διαδόχῳ πλησιάζοντι καταλελοιπέναι. οὔκουν οὐδὲ ἐπέταξαν τῷ Ἀντιόχῳ πλέον οὐδὲν ἢ ὅσα καὶ πρὸ τῆς μάχης ᾔτουν. διὸ καὶ Γναῖος Μάλλιος ὁ τὴν ἀρχὴν σφῶν διαδεξάμενος οὐκ ἠρκέσθη τοῖς συγκειμένοις, ἀλλὰ πλείω αὐτὸν ἀπῄτησε, πρὸς δὲ καὶ ὁμήρους δοῦναι ἐκέλευσεν ἄλλους τε καὶ τὸν υἱὸν Ἀντίοχον, καὶ τοὺς αὐτομόλους πάντας ἐκδοῦναι, ἐν οἷς καὶ ὁ Ἀννίβας ἦν. καὶ ὁ Ἀντίοχος καὶ ἄκων πρὸς ἅπαντα ἐπειθάρχησεν. οὐ μέντοι καὶ τὸν Ἀννίβαν ἐκδοῦναι ἠδυνήθη· πρὸς γὰρ Προυσίαν τὸν βασιλέα τῶν Βιθυνῶν προ-
P I 454 κατέφυγε. καὶ ὁ μὲν Ἀντίοχος πρέσβεις ἐπὶ τούτοις εἰς τὴν Ῥώμην πέμψας ἐσπείσατο, Σκιπίων δὲ Λούκιος ἐπῃνεῖτο ἐπὶ τῇ νίκῃ καὶ τὴν τοῦ Ἀσιατικοῦ ἐπωνυμίαν δι' αὐτὴν ἔσχεν, ὥσπερ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Ἀφρικανὸς ἐπεκλήθη, τῆς Καρχηδόνος κρατήσας μέγιστον ἐν τῇ Ἀφρικῇ δυνηθείσης.

Τοιοῦτοι δ' οὖν ἄνδρες οὗτοι γενόμενοι καὶ ἐπὶ τοσοῦτον δόξης ἐλθόντες ἐξ ἀρετῆς, δικαστηρίῳ καὶ τῷ δήμῳ οὐ πολλῷ ὕστερον παρεδόθησαν· καὶ ὁ μὲν Λούκιος κατεψηφίσθη ὡς τάχα πολλὰ ἐκ τῆς λείας σφετερισάμενος, Ἀφρικανὸς δὲ ὡς ἐπιεικεστέ-

4 δὲ om A. 5 ἐπείσθη ABCW. "fortassis ἐποιήθη" Wolfius. "mss. Reg. et Colb. ἐσπείσθη" Ducangius. 7 ἐπέταξε A. 8 Μάλιος PW, mox Μάλλιος. 17 ὥσπερ δὲ ὁ A. 18 ἐκλήθη A.

Antiochus victus statim in Syriam recessit: Asiani Graeci ad Romanorum amicitiam se contulerunt.

Post haec induciae quaedam Antiocho petenti pactae sunt. nam et Scipio propter filium ei bene cupiebat, et consul victoriam successori appropinquanti concedere nolebat. cum igitur nihil amplius Antiocho imposuissent quam ea quae ante pugnam postularant, Cn. Manlius eorum successor, illa pactione haud contentus, plura exegit; et inter obsides ipsius etiam filium Antiochum dare et transfugas omnes dedere iussit, inter quos erat etiam Hannibal. iis postulatis Antiochus vel invitus paruit: sed Hannibalem, qui iam ad Prusiam Bithyniae regem confugerat, dedere non potuit. et legatis Romam missis, iis condicionibus pacem fecit. L. vero Scipio ea victoria magnam laudem adeptus, Asiatici cognomentum ex provincia deportavit: quemadmodum frater Carthagine subacta, potentissima Africae urbe, Africani.

Tanti autem viri tantamque virtute gloriam adepti non multo post in iudicium adducti et populi potestati subiecti sunt; ac Lucius repetundarum damnatus, quasi ex manubiis multa subtraxisset; Africa-

ρας τὰς συνθήκας διὰ τὸν υἱὸν ποιησάμενος· τὸ δ' ἀληθές, διὰ B φθόνον. ὅτι δ' οὐδὲν ἠδίκουν δηλοῦται μὲν καὶ ἄλλοθεν, οὐχ ἥκιστα δὲ ὅτι καὶ τῆς οὐσίας τοῦ Ἀσιατικοῦ δημευθείσης οὐδὲν πλέον τῶν αὐτῷ προϋπαρχόντων εὑρέθη, ὅτι δὲ τοῦ Ἀφρικανοῦ ἐς τὸ Λίτερνον πρὸ ψήφου ἀναχωρήσαντος καὶ μέχρι τελευτῆς ἐκεῖ καταμείναντος οὐδεὶς αὐτοῦ ἔτι κατεψηφίσατο.

Ὁ δέ γε Μάλλιος τότε Πισιδίαν Λυκαονίαν τε καὶ Παμφυλίαν τῆς τε Γαλατίας τῆς Ἀσιανῆς πολλὰ προσηγάγετο. ἔστι γάρ τι κἀνταῦθα γένος αὐτῶν, ἐκ τοῦ Εὐρωπαίου ἀποδάσμιον. Βρέννον γάρ ποτε βασιλέα σφῶν προστησάμενοι τήν τε Ἑλλάδα καὶ τὴν Θρᾴκην ἐπέδραμον, κἀκεῖθεν εἰς τὴν Βιθυνίαν διαβάντες C μέρη τινὰ τῆς τε Φρυγίας καὶ τῆς Παφλαγονίας τῆς τε Μυσίας τῆς πρὸς τῷ Ὀλύμπῳ καὶ Καππαδοκίας ἀπετέμοντο καὶ ἐν αὐτοῖς κατῴκησαν, καὶ νῦν ἔθνος ἴδιόν εἰσι τὸ ὄνομα τῶν Γαλατῶν φέροντες. οὗτοι δὴ πράγματα τῷ Μαλλίῳ παρέσχον. ἀλλὰ καὶ τούτων ἐκράτησε, τὴν μὲν Ἄγκυραν τὴν πόλιν ἑλὼν ἐξ ἐπιδρομῆς, τὰς δ' ἄλλας ὁμολογίᾳ παραστησάμενος. πράξας δὲ ταῦτα καὶ συχνὸν παρὰ Ἀριαράθους τοῦ Καππαδοκῶν βασιλέως W II 106 ἀργύριον ἐπὶ εἰρήνῃ λαβὼν ἀπῆρεν οἴκαδε.

21. Οἱ δ' Αἰτωλοὶ πρέσβεις τὸ δεύτερον ὑπὲρ εἰρήνης ἐς τὴν Ῥώμην πέμψαντες αὐτοὶ αὖθις ἐνεωτέριζον. διὸ οἱ Ῥωμαῖοι D

2 ὅτι δ' οὐδὲν — 6 κατεψηφίσατο Dionis excerptum Peirescianum 70. 4 αὐτῷ om A. δὲ] τὰ C. τε? 5 λίστερνον A. 7 μάλιος B. τότε add ABC. πισιδίαν τὲ λυκαονίαν καὶ C. 8 τε om A. 9 βρένον A. 15 δὴ] δὲ A.

Fontes. *Cap.* 21. *Dionis Historiae Romanae libri deperditi.*

nus vero, quod pactiones propter filium mitiores fecisset. sed vera damnationis causa fuit invidia. nam eos insontes fuisse cum aliunde patet, tum ex eo, quod publicatis Asiatici bonis nihilo plus est repertum quam ante habuerat; et quod Africanum antequam suffragia ferrentur Liternum profectum, ubi usque ad obitum exsulavit, nemo amplius condemnavit.

At Manlius tum Pisidiam Lycaoniam Pamphyliam et Galatiae sive Galliae Asianae magnam partem subegit. est enim ibi quoque Gallica gens, ex Europa profecta. nam cum olim Brennum regem creassent, Graeciam et Thraciam pervagati atque inde in Bithyniam transgressi, partibus quibusdam Phrygiae Paphlagoniae Mysiae ad Olympum et Cappadociae occupatis, peculiarem gentem condiderunt qui Galatae appellantur. hi etsi Manlio negotium facesserunt, tamen et ipsi victi sunt, Ancyra urbe primo impetu capta, caeteris deditione subactis. his rebus gestis, et Ariarathi Cappadocum regi magna pecunia pace data, domum recessit.

21. Aetoli autem, secundum legatis de pace Romam missis, ipsi ultro novis rebus studuerunt. quamobrem Romani legatis statim reie-

τούς τε πρέσβεις εὐθὺς ἀπεπέμψαντο καὶ Μάρκῳ Φουλουΐῳ τὴν Ἑλλάδα ἀνέθεντο. ὁ δὲ ἐς Ἀμβρακίαν τὴν πόλιν πρῶτον ὥρμησε μεγάλην οὖσαν (ἦν γάρ ποτε τοῦ Πύρρου βασίλειον, τότε δὲ κατείχετο πρὸς τῶν Αἰτωλῶν), καὶ ἐπολιόρκει αὐτήν. οἱ οὖν Αἰτωλοὶ πρὸς αὐτὸν ὑπὲρ εἰρήνης διειλέχθησαν· ὡς δ' οὐκ ἠθέλησε σπείσασθαι, μέρος τι τοῦ στρατοῦ ἐς τὴν Ἀμβρακίαν εἰσέπεμψαν. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι δι' ὑπονόμου τινὸς ἐπεχείρησαν τὴν πόλιν ἑλεῖν, καὶ διώρυσσον πόρρωθεν· καὶ τέως μὲν ἐλάνθανον τοὺς πολιορκουμένους, ἐπεὶ δ' ὁ χοῦς ἠθροίσθη, ὑπετόπησαν τὸ γινόμενον. ἀγνοοῦντες δ' ὅπῃ ὀρύσσοιτο, χαλκῆν ἀσπίδα κατὰ
P I 455 τὸν περίβολον πρὸς αὐτὸ ἐτίθουν τὸ δάπεδον· καὶ διὰ τῆς ἠχῆς τὸν τόπον γνόντες καὶ αὐτοὶ ἀντώρυσσον ἔνδοθεν, καὶ πελάσαντες τοῖς Ῥωμαίοις ᾖεσαν εἰς μάχας κρυπτάς. τέλος δέ τι τοιοῦτον ἀντετεχνήσαντο. πίθον μέγαν πτίλων πληρώσαντες πῦρ ἐς αὐτὸν ἐνῆκαν, καὶ πῶμα χαλκοῦν αὐτῷ πολλαχῇ τετρημένον ἐνέθηκαν, καὶ εἰς τὸν ὑπόνομον τὸν πίθον κομίσαντες καὶ πρὸς τοὺς πολεμίους τρέψαντες τὸ στόμα αὐτοῦ ἀκροφύσιόν οἱ κατὰ τὸν πυθμένα ἐνέβαλον, καὶ τούτῳ φύσας προσφέροντες πλεῖστον καὶ δυσχερῆ καπνὸν οἷα ἐκ πτίλων ἐκθορεῖν ἐποίουν, ὃν οὐδεὶς τῶν Ῥωμαίων ὑπέμενεν. ὅθεν ἀπογνόντες οἱ Ῥωμαῖοι ἐσπείσαντο καὶ τὴν πολιορκίαν κατέλυσαν. ὁμολογησάντων δ'
B αὐτῶν καὶ οἱ Αἰτωλοὶ μετεβάλοντο· καὶ διεπράξαντο ἀνοχήν, εἶτα καὶ εἰρήνην παρὰ τοῦ δήμου, πολλὰ μὲν χρήματα πολλοὺς

1 μάρκῳ λουΐῳ A. 6 ἠθέλησαν A. 10 γινόμενον AC, γενόμενον PW. 14 πτίλον A. 21 δ' om C. 22 μετεβάλοντο A, μεταβάλοντο PW.

ctis, M. Fulvio Graeciam provinciam decreverunt. qui primum Ambraciam urbem magnam, Pyrrhi olim regiam, tum autem Aetolis obnoxiam, obsedit. Aetoli frustra de pacificatione cum eo locuti, exercitus partem in urbem miserunt. quam Romani per cuniculos capere aggressi a longinquo suffoderunt. id obsessi principio non animadverterunt; sed exaggerata humo suspicati quid rei esset, quia tamen ignorabant ubi foderetur, aereum clipeum humi moenibus applicarunt, eque sonitu loco deprehenso, atque intrinsecus vicissim suffossis moenibus, cum Romanis occulta praelia commiserunt. tandem huiusmodi dolum excogitarunt. magno dolio plumis repleto ignem iniecerunt, aereo operculo multis perforato locis addito. eius dolii ore in cuniculis hostibus obverso, fundoque folle inserto inflato, maximum et molestissimum fumum, ut ea materia fert, excitarunt; quem cum nemo Romanorum tolerare posset, desperata expugnatione solutaque obsidione pacem fecerunt. post Ambraciotarum deditionem Aetoli quoque mutati primo inducias, mox etiam pacem a Romanis impetrarunt, magna pecunia et multis obsidibus datis. Ful-

δὲ καὶ ὁμήρους δόντες. καὶ ὁ Φουλούϊος τὴν Κεφαλληνίαν ὁμολογίᾳ παρεστήσατο καὶ τὴν Πελοπόννησον στασιάζουσαν κατεστήσατο.

Γαΐου δὲ Φλαμινίου καὶ Αἰμιλίου Λεπίδου ὑπατευόντων μετέπειτα ὁ Ἀντίοχος ἔθανε, καὶ αὐτὸν ὁ υἱὸς ὁ Σέλευκος διεδέξατο· τελευτήσαντος δὲ κἀκείνου πολλῷ ὕστερον ὁ εἰς τὴν Ῥώμην ὁμηρεύων Ἀντίοχος ἐβασίλευσεν. ὁ δέ γε Φίλιππος ἐτόλμησε μὲν νεωτερίσαι ὅτι πόλεών τινων ἐστερήθη ἐν Θεσσαλίᾳ καὶ πρὸς ταῖς δὲ καὶ Αἴνου καὶ Μαρωνείας, οὐκ ἠδυνήθη δὲ διὰ τὸ γῆρας καὶ διὰ τὰ περὶ τοὺς παῖδας συνενεχθέντα αὐτῷ. καὶ Γαλάται τινὲς τὰς Ἄλπεις ὑπερβάντες πόλιν ἐντὸς αὐτῶν κτίσαι ἠθέλησαν. ὧν C ὁ Μάρκος ὁ Μάρκελλος τά τε ὅπλα ἀφείλετο καὶ τἆλλα ὅσα ἐπεκομίζοντο· οἱ δ' ἐν τῇ Ῥώμῃ πρεσβευσαμένοις σφίσιν ἐπὶ τῷ εὐθὺς ἀναχωρῆσαι πάντα ἀπέδωκαν.

Τότε δὲ καὶ ὁ Ἀννίβας ἀπέθανε. πρέσβεων γὰρ πρὸς τὸν Προυσίαν τὸν τῆς Βιθυνίας κρατοῦντα πεμφθέντων ἐκ Ῥώμης δι' ἄλλα τέ τινα καὶ ὅπως καὶ τὸν Ἀννίβαν ἐκδοίη παρ' αὐτῷ ὄντα, προμαθὼν τοῦτ' ἐκεῖνος καὶ διαδρᾶναι μὴ οἷός τε ὢν ἑαυτὸν διεχρήσατο. χρησμοῦ δέ ποτε αὐτῷ γενομένου, ἐν γῇ Λιβύσσῃ τεθνήξεσθαι, ὁ μὲν ἐν τῇ πατρίδι τῇ Λιβύῃ προσεδόκα θανεῖν, ἔτυχε δὲ θνήσκων ἐν χωρίῳ τινὶ τυγχάνων καλουμένῳ Λιβύσσῃ. καὶ ὁ Ἀφρικανὸς δὲ Σκιπίων τότε μετήλλαξε. D

1 *Κεφαληνίαν* PW. 2 *Πελοπόνησον* PW. 5 ὁ tertium om A. 15 δὲ om A. 16 τῆς om A.

vius vero Cephallenia deditione capta Peloponnesum seditione laborantem composuit.

Deinde C. Flaminio et Aemilio Lepido consulibus Antiocho defuncto filius Seleucus successit: quo et ipso multo post mortuo, Antiochus qui Romae obses erat regnum suscepit. Philippus novas res moliri ausus, urbibus quibusdam Thessalicis et Aeno Maroneaque ereptis, nihil gerere potuit ob senectutem et filiorum casus. Galli quidam Alpibus superatis urbem intra eas condere statuerunt. quibus M. Marcellus arma caeteraque quae domo attulerant ademit: Romani vero legatis eorum illa omnia restituerunt, ut statim Italia excederent.

Tum etiam Hannibal interiit. nam legatis ad Prusiam Bithyniae regem tum ob alia, tum ut Hannibalem apud ipsum degentem dederet, Roma missis, ille ea re praecognita, cum effugere non posset, necem sibi conscivit. qui cum aliquando accepisset oraculum se in terra Libyssa obiturum, se in Africa patria decessurum esse putabat: verum id castellum, in quo moriebatur, Libyssae nomen habuit. tunc etiam Scipio Africanus decessit.

22. Φίλιππος δὲ ὁ Μακεδόνων βασιλεύς, τὸν υἱὸν Δημήτριον ἀποκτείνας καὶ τὸν ἕτερον υἱὸν τὸν Περσέα μελλήσας φονεύσειν, ἀπέθανεν. ἐπεὶ γὰρ προσφιλὴς τοῖς Ῥωμαίοις ἐκ τῆς ὁμηρείας ἐγένετο ὁ Δημήτριος, καὶ αὐτός τε καὶ οἱ λοιποὶ τῶν Μακεδόνων ἤλπιζον ὅτι μετὰ τὸν Φίλιππον τὴν βασιλείαν λήψεται, ἐφθόνησεν αὐτῷ ὁ Περσεὺς ἅτε καὶ πρεσβύτερος αὐτοῦ ὤν, καὶ διέβαλεν αὐτὸν ὡς ἐπιβουλεύοντα τῷ πατρί. καὶ ὁ μὲν φάρμακον πιεῖν ἀναγκασθεὶς ἐτελεύτησεν, ὁ δὲ Φίλιππος οὐ πολλῷ
P I 456 ὕστερον τὸ ἀληθὲς γνοὺς ἀμύνασθαι τὸν Περσέα ἠθέλησεν, οὐ μέντοι καὶ ἴσχυσεν, ἀλλ' αὐτός τε ἀπέθανε καὶ τὴν βασιλείαν ὁ
W II 107 Περσεὺς διεδέξατο. καὶ οἱ Ῥωμαῖοι ταύτην τε αὐτῷ ἐβεβαίωσαν καὶ τὴν πατρῴαν φιλίαν ἀνενεώσαντο.

Ἐν δὲ τοῖς μετὰ ταῦτα χρόνοις συνηνέχθησαν μέν τινα, οὐ μέντοι καὶ ἀναγκαῖα πάνυ ὥστε καὶ συγγραφῆς νομίζεσθαι ἄξια. ὕστερον δὲ ὁ Περσεὺς πολέμιον ἑαυτὸν τοῖς Ῥωμαίοις ἐποίησεν. ἵνα δὲ ἀναβολὴν τοῦ πολέμου σχοίη μέχρις ἂν παρασκευάσηται, πρέσβεις εἰς τὴν Ῥώμην ἔπεμψεν ἀπολογησομένους τάχα περὶ ὧν ἐνεκαλεῖτο. οὓς οἱ Ῥωμαῖοι οὔτ' εἴσω τοῦ τείχους ἐδέξαντο, καὶ πρὸ τοῦ ἄστεος αὐτοῖς χρηματίσαντες οὐδὲν ἀπεκρίναντο ἕτερον
B ἢ ὅτι ὕπατον πέμψουσι πρὸς ὃν ὅσα βούλεται διαλεχθήσεται. καὶ αὐθημερὸν αὐτοὺς ἀπιέναι ἐποίησαν, δόντες σφίσι καὶ ἀγωγοὺς ὥστε μή τινι συγγένωνται· καὶ τῷ Περσεῖ τῆς Ἰταλίας ἐπιβαίνειν τοῦ λοιποῦ ἀπειρήκασιν.

3 γὰρ] δὲ A. 4 ὁ om A. 12 πατρῴαν] προτέραν A.
17 ἔπεμψαν ἀπολογησαμένους A. 20 πέμπουσι B.

FONTES. *Cap.* 22. *Dionis Historiae Romanae libri deperditi: exc. Peirescianum* 73, *Ursinianum* 159.

22. Philippus Macedonum rex filio Demetrio occiso, Perseum quoque occisurus, obiit. nam cum Demetrius Romanis, apud quos obses fuerat, acceptus esset, atque ipse caeterique Macedones sperarent fore ut regnum Philippo mortuo obtineret, Perseus ut natu maior ei invidit, et ut patri insidiantem calumniatus est. itaque venenum bibere coactus periit. Philippus autem non multo post veritate cognita Perseum ulcisci volens, morte interceptus regnum Perseo vel invitus reliquit: quod ei Romani, paterna amicitia renovata, confirmarunt.

Insecutis temporibus accidere quaedam scriptione parum digna. sed post Perseus Romanorum inimicitiis susceptis, ut bello moram, dum se pararet, produceret, legatos Romam misit, obiecta sibi crimina purgaturus scilicet. quibus Romani in urbem non admissis, senatu foris dato, nihil responderunt aliud nisi consulem se missuros esse cum quo ageret quae vellet. eodemque die illos abire iusserunt, ductoribus adiunctis, ne cum quoquam colloquerentur; ac Perseo aditu Italiae in posterum interdixerunt.

Οἱ μὲν οὖν Ῥωμαῖοι μετὰ ταῦτα Γναῖον Σικίννιον στρατηγὸν μετὰ δυνάμεως ὀλίγης ἐξέπεμψαν (οὐ γάρ πω τὴν μείζω παρεσκευάσαντο), καὶ ὁ Περσεὺς εἰς Θεσσαλίαν παρεμβάλλων τά γε πλεῖστα αὐτῆς ᾠκειώσατο· ἐπεὶ δὲ τὸ ἔαρ ἐπέστη, πέμπουσιν ἐπ' αὐτὸν Λικίννιον Κράσσον, καὶ στρατηγὸν ἐπὶ τοῦ ναυτικοῦ Γάϊον Λουκρίτιον. συμμίξας οὖν πρῶτον περὶ Λάρισσαν τῷ Περσεῖ ἐν ἱππομαχίᾳ ἔπταισεν· ὕστερον μέντοι περιεγένετο, ὥστε καὶ ἀναχωρῆσαι τὸν Περσέα εἰς τὴν Μακεδονίαν. ὁ Κράσσος δὲ ταῖς πόλεσι ταῖς Ἑλληνικαῖς ταῖς ὑπὸ τοῦ Φιλίππου κατεχομέναις C προσέβαλε, καὶ τῶν μὲν πλειόνων ἀπεκρούσθη, ἔστι δ' ἃς ἐχειρώσατο· καί τινας κατασκάψας τοὺς ἁλόντας ἀπέδοτο. ἅπερ οἱ ἐν τῇ Ῥώμῃ πυθόμενοι ἠγανάκτησαν, καὶ τόν τε Κράσσον ὕστερον ἐζημίωσαν χρήμασι καὶ τὰς ἑαλωκυίας πόλεις ἠλευθέρωσαν καὶ τοὺς πραθέντας ἐξ αὐτῶν καὶ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ εὑρεθέντας τότε παρὰ τῶν ἐωνημένων αὐτοὺς ἐξεπρίαντο.

Ταῦτα μὲν οὖν οὕτως ἔπραξαν οἱ Ῥωμαῖοι, ἐν δὲ τῷ πρὸς τὸν Περσέα πολέμῳ πολλὰ καὶ μεγάλα ἠτύχησαν, καὶ πολλαχόθι ἐπόνησε τὰ αὐτῶν, καὶ ὁ Περσεὺς τῆς Ἠπείρου καὶ τῆς Θεσσαλίας κατέσχε τὰ πλείονα. τήν τε γὰρ ἄλλην δύναμιν πολλὴν συνεκρότησε, καὶ πρὸς τοὺς ἐλέφαντας τῶν Ῥωμαίων φάλαγγα D ὁπλιτῶν ἠσκήκει, ὀξέσιν ἥλοις τὰς ἀσπίδας καὶ τὰ κράνη σιδηρώσας αὐτῶν. ὅπως δὲ μήτε τοῖς ἵπποις φοβεροὶ εἶεν, εἴδωλα

1 σικίννιον AB, Σικίνιον PW. 3 γε] τε A. 4 ἐπ' om C. 5 λικίνιον B. τῷ ναυτικῷ A. 8 τὴν add A. 9 Φιλίππου cum P libri mss omnes, etiam Regii et Colbert.: περσέως W ex coniectura. 12 τε] γε A. 14 εὑρεθέντας ἐν τῇ ἰταλίᾳ A. 18 ἑαυτῶν A.

Deinde Cn. Sicinium praetorem cum parvis copiis ablegarunt, maioribus nondum paratis. Perseus Thessaliam ingressus maximam eius partem sibi adiunxit. imminente vere Licinius Crassus contra eum missus est, et classi praefectus C. Lucretius. ac primo apud Larisam equestri conflictu Crassus impegit, deinde victoria potitus eo redegit Perseum ut in Macedoniam recederet. urbes autem Graecas aggressus a Philippo possessas, a plerisque repulsus est, nonnullas subegit, nonnullas evertit, civibus sub corona venditis. quibus Romani auditis indignati, Crasso postmodum pecuniariam multam dixerunt; captas urbes liberas esse iusserunt, earumque cives venumdatos, quos in Italia repperere, ab emptoribus redemerunt.

His ita gestis bello Persico multas magnasque clades acceperunt, rebus eorum passim afflictis. nam Perseus Epiri et Thessaliae pleraque obtinuit. praeter enim alias ingentes copias, adversus Romanorum elephantes etiam phalangem armatorum instruxerat quorum clipei et galeae ferreis clavis acutis horrebant. ne autem equis formidabiles essent,

ἐλεφάντων σκευάσας δεινὴν μὲν ὑπὸ χρίσματός τινος ὀσμὴν ἔχοντα, φοβερὰ δὲ καὶ ὀφθῆναι καὶ ἀκουσθῆναι ὄντα (βροντώδη γὰρ ἠφίει ἠχήν τινα ἐξ ἐπιτηδεύσεως), πρὸς ἐκεῖνα προσῆγεν αὐτοὺς συνεχῶς, μέχρις οὗ καὶ ἐθάρσησαν. ὁ μὲν οὖν Περσεὺς μέγα ἐκ τούτων ἐκέκτητο φρόνημα καὶ τὸν Ἀλέξανδρον τῇ δόξῃ καὶ τῷ μεγέθει τῆς ἀρχῆς ὑπεροίσειν ἐπήλπισεν, οἱ δ' ἐν τῇ Ῥώμῃ ταῦτα
P I 457 μαθόντες τὸν Μάρκιον Φίλιππον ὑπατεύοντα σπουδῇ ἐξέπεμψαν. καὶ ὃς εἰς τὴν Θεσσαλίαν πρὸς τὸ στρατόπεδον ἀφικόμενος τούς τε Ῥωμαίους καὶ τοὺς συμμάχους ἐξήσκει, ὥστε δείσαντα τὸν Περσέα ἐν τῷ ἰδίῳ τῷ Μακεδονικῷ καὶ πρὸς τοῖς Τέμπεσιν ἡσυχίαν ἄγειν καὶ τὰ στενὰ τηρεῖν. θαρσήσας δὲ διὰ ταῦτα ὁ Φίλιππος διὰ μέσων ὀρῶν ὑπερέβαλλε, καί τινα τοῦ Περσέως κατέσχε. προϊὼν δ' ἐπὶ τῆς Πύδνης τῶν ἐπιτηδείων ἐσπάνισε, καὶ εἰς τὴν Θεσσαλίαν ἀνέστρεψε. καὶ αὖθις ὁ Περσεὺς ἀνεθάρσησε καὶ ἃ κατέσχεν ὁ Φίλιππος ἀνεκτήσατο καὶ τῷ ναυτικῷ συχνὰ τοὺς Ῥωμαίους ἐλύπει, συμμάχους τε προσηγάγετο καὶ πάντη τοὺς Ῥωμαίους ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἤλπισεν ἐκβαλεῖν. τῇ δὲ
B πολλῇ καὶ ἀκαίρῳ φειδωλίᾳ καὶ τῇ δι' αὐτὴν τῶν συμμάχων ὀλιγωρίᾳ ἀσθενὴς αὖθις ἐγένετο. ὡς γὰρ τὰ τῶν Ῥωμαίων ὑπεδίδου, τὰ δ' ἐκείνου ἐπηύξετο, κατεφρόνησεν ὡς οὐδὲν ἔτι τῶν συμμάχων δεόμενος, καὶ οὐκ ἐδίδου χρήματα σφίσιν ἃ ἐπηγγεί-

5 καὶ τὸν Ἀλέξανδρον τῇ δόξῃ om C. 10 "ἐν τῷ ἰδίῳ] sic Reg. et Colberteus, ubi Wolfius *quid si ἐν Δίῳ*" Ducangius. καὶ om A. 12 ὑπερέβαλε A. 14 ἐς C. 17 πάντη τοὺς — p. 271 v. 3 σπουδῶν δεηθῆναι Dionis excerptum Peirescianum 73. 19 τῶν om A.

simulacra elephantorum paravit ex unguento quodam tetrum foetorem spirantia, visu audituque horrenda, quae arte quadam sonitum instar tonitrus ederent: ad quae equi subinde adducti timere denique desierunt. his rebus Perseus auctis animis se Alexandro gloria et magnitudine imperii superiorem fore putabat. Romani vero iis cognitis Marcium Philippum consulem celeriter ablegarunt. qui cum in Thessaliam ad exercitum venisset, Romanos et socios ita exercuit, ut Perseus territus in suo regno Macedonico et ad Tempe quietus angustias tueretur. aucta ex eo audacia Philippus, mediis montibus superatis, quasdam illius urbes cepit; et ad Pydnam progressus, ob commeatus penuriam in Thessaliam rediit. unde Perseus resumpta fiducia, quae Philippus occuparat, recepit, et classe Romanos crebris detrimentis affecit, adscitisque sociis tota Graecia se Romanos eiecturum sperabat. sed nimia et importuna parsimonia, ex eaque sociorum neglectu, rursus eius opes imminutae sunt. rebus enim Romanorum labescentibus, suis incrementis fretus socios ita contempsit, quasi eorum opera nihil esset opus, nec promissam illis pe-

λατο. τῶν μὲν οὖν ἀμβλυνθέντων τὸ πρόθυμον, τῶν δὲ καὶ W II 108 τέλεον αὐτὸν ἐκλιπόντων, τοσοῦτον ἀπέγνω ὥστε καὶ σπονδῶν δεηθῆναι. καὶ κἂν ἔτυχε τούτων διὰ τοῦ Εὐμένους, εἰ μὴ καὶ Ῥόδιοι συνεπρέσβευσαν· ὑπερηφάνως γὰρ οὗτοι τοῖς Ῥωμαίοις διαλεχθέντες τυχεῖν αὐτὸν ἐκώλυσαν τῶν σπονδῶν.

23. Ἐντεῦθεν ὁ κατ' αὐτοῦ πόλεμος Παύλῳ ἀνετέθη τῷ Αἰμιλίῳ τὸ δεύτερον ὑπατεύοντι. ὃς σπουδῇ κομισθεὶς εἰς τὴν C Θεσσαλίαν καὶ τὰ τῶν στρατιωτῶν προκαταστησάμενος, βιασάμενος διὰ τῶν Τεμπῶν (ὀλίγοι γὰρ ἐφρούρουν αὐτά) ἐπὶ τὸν Περσέα ὥρμησεν. ἐπεὶ δ' ἐκεῖνος τὸν Ἔλπιον ποταμὸν προσαπέφραξεν ὄντα ἐν μέσῳ, προκαταλαβὼν δὲ καὶ πᾶν τὸ μεταξὺ τοῦ τε Ὀλύμπου καὶ τῆς θαλάσσης αἱμασιαῖς καὶ σταυρώμασι καὶ οἰκοδομήμασιν ἄπορον ἀπειργάσατο, ἐθάρρει δὲ καὶ τῇ ἀνυδρίᾳ τοῦ τόπου, ἐπείρασε μὲν καὶ οὕτως ὁ ὕπατος διελθεῖν, καὶ τῆς ἀνυδρίας ἐπορίσατο ἐπικούρημα. διαμησάμενος γὰρ τὴν ἐν τῇ ὑπωρείᾳ τοῦ Ὀλύμπου ἄμμον ὕδωρ εὗρε δαψιλές τε καὶ πότιμον. D κἂν τούτῳ τῶν Ῥοδίων πρέσβεις ἀφίκοντο πρὸς αὐτὸν ἀπὸ τῆς αὐτῆς θρασύτητος ἀφ' ἧς καὶ ἐς τὴν Ῥώμην πρὶν ἐπρεσβεύσαντο. ὁ δὲ οὐδὲν εἰπὼν πλέον αὐτοῖς ἢ ὅτι μετ' ὀλίγας ἡμέρας ἀπόκρισιν

1 γοῦν A. ἀμβλυνθέντων AB, ἀμβλυθέντων PW. 2 σπονδῶν δεηθῆναι — 5 τῶν σπονδῶν Dionis excerptum Ursinianum 159. 3 καὶ om C. καὶ κἂν p. 79 v. 17. 4 γὰρ om C. 9 διὰ] γάρ A. 10 Ἔλπιον] *Enipeum* Livius. 15 "ἐπορίσατο] alter e Regiis et Colberteus ἐκομίσατο" Ducangius.

Fontes. *Cap.* 23. *Dionis Historiae Romanae libri deperditi: excerpta Peiresciana* 74 75 (*cf. excerptum Planudeum* 59 *in Scriptorum veterum novae collectionis ab A. Maio editae vol.* 2 *p.* 546). *Plutarchi Aemilius Paulus, c.* 26.

cuniam dedit. aliorum igitur alacritate imminuta, ab aliis plane destitutus, ita rebus suis diffidere coepit ut pacem peteret: eamque per Eumenem impetrasset, nisi Rhodii legatis adiuncti superba oratione Romanorum animos alienassent.

23. Inde bellum Persicum Paulo Aemilio iterum consuli est mandatum. qui propere in Thessaliam profectus, militari disciplina correcta, per Tempe quae a paucis custodiebantur vi patefacta via, contra Perseum duxit. is vero cum Elpium amnem interfluentem munitionibus, et quicquid inter Olympum et mare interiacet septis atque aggeribus occupasset, et siccitate loci quoque fretus esset, tamen sic etiam consul transitus periculo facto sitis primum invenit remedium. perfossis enim arenis in montis Olympi radicibus affatim aquae potabilis repperit. interea Rhodiorum legati eadem audacia qua prius Romae usi fuerant ad eum venerunt: quos ita dimisit ut nihil aliud diceret nisi se post pau-

B γησαν. τὸ δὲ πλῆθος τῶν λιμῷ καὶ νόσοις καὶ πυρὶ φθαρέντων ἀνεξερεύνητον τυγχάνον οὐκ ἔγνωσται, ὥστε πᾶσαν σχεδὸν τὴν Ἰουδαίαν ἐρημωθῆναι. ὃ καὶ πρὸ τοῦ πολέμου αὐτοῖς συμβόλοις
W II 204 τισὶ τὸ θεῖον ἐνέφηνε. τό τε γὰρ μνημεῖον τοῦ Σολομῶντος ἐξ οὐδεμιᾶς δήλης αἰτίας διελύθη τε καὶ συνέπεσε, καὶ λύκοι καὶ ὕαιναι πλεῖσται εἰς τὰς πόλεις αὐτῶν εἰσέπιπτον ὠρυόμεναι. πολλοὶ μέντοι καὶ Ῥωμαῖοι τότε ἀπώλοντο, ὥστε καὶ Ἀδριανὸς γράφων πρὸς τὴν βουλὴν οὐ τῷ συνήθει προοιμίῳ ἐχρήσατο. τὸ δ' ἦν "εἰ καὶ αὐτοὶ καὶ οἱ παῖδες ὑμῶν ὑγιαίνετε, εὖ ἂν ἔχοι· καὶ ἐγὼ δὲ καὶ τὰ στρατεύματα ὑγιαίνομεν."

7 ὅποι A. 9 ἐξέτριψέ ABCW, ἐνέτριψέ P. 12 ἄνδρες A Xiphilinus. δὲ om C. 22 καὶ ante αὐτοὶ om A.

aperte intulerunt. nam et Iudaei ex omnibus provinciis eo confluebant, et alienigenae multi spe lucri eis opitulabantur. Hadrianus igitur duces clarissimos contra illos misit, quibus Severus Iulius praefuit: qui cum hostibus ob multitudinem eorum et desperationem non decernendum esse ratus, prohibendo commeatu, obsidendo et contra partes illorum pugnando gentem eam tardius ille quidem sed minori cum periculo attrivit et afflixit, ut paucissimi superessent. nam castella eorum quinquaginta firmissima sunt expugnata, pagi eorum 985 celeberrimi eversi, virorum 580 milia in incursionibus et praeliis interfecta. eorum vero multitudo qui morbo fame incendio perierunt nec inquisita nec comperta est. tota quidem Iudaea fere vastata est. quam calamitatem deus prodigiis denuntiavit. nam Salomonis sepulcrum nulla evidenti de causa dissiliit et concidit: lupi et hyaenae multas urbes eorum cum ululatu intrarunt. caeterum Romani quoque multi perierunt. itaque Hadrianus cum ad senatum scriberet, usitato exordio non est usus: quod erat huiusmodi "si vos liberique vestri valetis, bene est: ego et exercitus valemus."

Ὁ μὲν δὴ πρὸς Ἰουδαίους πόλεμος οὕτως ἤνυστο, (24) ὁ C
δὲ πρὸς Ἀλβανοὺς (εἰσὶ δὲ Μασσαγέται κατὰ τὸν Δίωνα) ὑπὸ
Φαρασμάνου κεκίνητο· καὶ τὴν μὲν Μηδίαν λίαν ἐλύπησε, τῆς
δ' Ἀρμενίας καὶ τῆς Καππαδοκίας ἥψατο μέν, τῶν δ' Ἀλβανῶν
πῆ μὲν δώροις πεισθέντων πῆ δὲ δεισάντων ἐπαύσατο.
Ἐλθὼν δὲ εἰς τὴν Ῥώμην Ἀδριανὸς αἰτοῦντι τῷ δήμῳ ἁρ-
ματηλάτην δοῦλον ἐλευθερίας τυχεῖν, ἀντεῖπεν ὡς "οὐ προσήκει
οὔτ' ἐμοὶ ἀλλότριον ἐλευθερῶσαι δοῦλον, οὔθ' ὑμῖν τὸν δεσπότην
αὐτοῦ ποιῆσαι τοῦτο βιάζεσθαι." νοσήσας δέ, αἵματος αὐτῷ
διὰ τῆς ῥινὸς κενουμένου, καὶ ἀπογνωσθείς, Κόμοδον Λούκιον D
Καίσαρα Ῥωμαίοις ἀνεῖπε. Σευηριανὸν δὲ καὶ Φοῦσκον τὸν ἔγ-
γονον ἀγανακτοῦντας ἐπὶ τούτῳ ἐφόνευσεν· ἦν δὲ Σευηριανὸς
ἐνενηκοντούτης. ὃς ἀποσφαγῆναι μέλλων πῦρ ᾔτησε καὶ θυμιῶν
ἔφη "ὑμεῖς, ὦ θεοί, ἴστε ὅτι οὐδὲν ἀδικῶ· εὔχομαι δὲ τὸν
Ἀδριανὸν ἐπιθυμῆσαι ἀποθανεῖν, μὴ δύνασθαι δέ." ὅθεν καὶ
χρονίως νοσήσας Ἀδριανὸς ηὔξατο πολλάκις ἀποσβῆναι, ὥστε
καὶ ἑαυτὸν ἐθελῆσαι διαχειρίσασθαι. ὁ μέντοι Σευηριανὸς καὶ
αὐτῷ τῷ Ἀδριανῷ ἄξιος τῆς αὐταρχίας νενόμιστο. εἰπὼν γὰρ
τοῖς φίλοις ποτὲ ἵνα δέκα ἄνδρας δοκίμους εἰς αὐταρχίαν ἐξονομά- P I 591

2 *ἀλανούς* et mox *ἀλανῶν* A et Xiphilinus vulgo. *Μασαγέται* PW. *τὸν* om A. 9 *ποιῆσαι τοῦτο* AB, *τοῦτο ποιῆσαι* PW. 11 sq. *Σευηριανὸν*] *Σερουϊανὸν* potius. Exc. Vat. 104 male *ὅτι ὁ Σιλουανὸς καὶ Φοῦσκος ὑπὸ Ἀδριανοῦ ἀνηρέθησαν· ὅπερ μαθὼν Σιρβίλλιος λιβανωτὸν καὶ πῦρ ᾔτησε* etc. 16 *ὁ ἀδριανὸς* B.

Fontes. *Cap.* 24. *Dionis Historiae Romanae lib.* 69 *c.* 15 — *c.* 23. *Eusebii Historiae ecclesiasticae lib.* 4 *c.* 4 — *c.* 8.

Et hic belli Iudaici fuit exitus: (24) Albanicum vero bellum (Albani Dione auctore Massagetae sunt) a Pharasmane est commotum. quod Mediam admodum afflixit, Armeniam vero et Cappadociam attigit quidem, sed Albanis partim muneribus delinitis partim metu aversis exstinctum est.

Romam reversus Hadrianus populo servum aurigantem, ut in libertatem assereretur, flagitanti restitit his verbis "neque me alienum servum libertate donare neque vos domino eius vim afferre decet." cum ex profluvio sanguinis per nares sine spe salutis aegrotaret, Lucium Commodum Caesarem Romanorum designavit, Severiano et Fusco nepote, qui id aegre ferebant, occisis: erat autem Severianus annos nonaginta natus. qui cum occidendus esset, igni postulato suffituque facto dixit "vos, o dii immortales, nostis me insontem esse. illud autem precor, ut Hadrianus mori cupiat, nec possit." ac Hadrianus diuturnitatem morbi pertaesus saepe mortem optavit, saepe manus sibi ipse afferre voluit. ac Severianum Hadrianus ipse imperio dignum iudicaverat. nam cum amicos aliquando sibi decem viros imperio dignos nominare iussis-

σωσι, μικρόν τι διαλιπὼν ἔφη ὡς "ἐννέα θέλω μαθεῖν· τὸν γὰρ ἕνα γινώσκω τὸν Σευηριανόν."

Ἦσαν δὲ καὶ Τούρβων καὶ Σίμιλις τῶν ἀρίστων ἐπιφανέστατοι. καὶ ὁ μὲν Τούρβων, οἷα στρατηγικώτατος, ἔπαρχος γεγονὼς εἴτ' οὖν ἄρχων τοῦ δορυφορικοῦ, ὡς εἷς τῶν πολλῶν διεβίω· ὃς οὔ ποτε ἡμέρας οἴκοι ὤπτο, οὐδὲ νοσήσας, ἀλλὰ πρὸς τὸν βασιλέα διέτριβε. καί ποτε νοσοῦντι ἀτρεμήσειν αὐτῷ τοῦ αὐτοκράτορος συμβουλεύοντος, εἶπεν ὅτι τὸν ἔπαρχον ἑστῶτα δεῖ τελευτᾶν. ὁ δὲ Σίμιλις ἡλικίᾳ καὶ τάξει προήκων αὐτοῦ, καὶ B *ἑκατονταρχῶν ἐπὶ Τραϊανοῦ, καὶ κληθεὶς παρ' αὐτοῦ πρὸ τῶν ἐπάρχων, ἔφη αὐτῷ εἰσελθὼν "αἰσχρόν ἐστι, Καῖσαρ, τῶν ἐπάρχων ἑστώτων ἔξω, ἑκατοντάρχῃ σε ὁμιλεῖν." εἶτα καὶ τῆς τῶν δορυφόρων ἀρχῆς ἄκων ἀξιωθεὶς ἔλαβε μέν, ἐξέστη δ' ἑκὼν καὶ ἐν ἀγρῷ διεβίω. ἔνθα καὶ τέθνηκεν, ἐνιαυτοὺς ἐκεῖ διατρίψας ἑπτά, ἐπιγράψας τῷ μνήματι ὅτι Σίμιλις ἐνταῦθα κεῖται, βιοὺς μὲν ἔτη τόσα, ζήσας δ' ἑπτά.*

Ἀδριανὸς δὲ φθόῃ τ' ἐλήφθη ἐκ τῆς πολλῆς τοῦ αἵματος ῥύσεως καὶ ὑδέρῳ. ὡς δὲ ὁ Καῖσαρ ὁ Λούκιος Κόμοδος αἷμα ἐμῶν ἐκ πλείονος ἐξαίφνης ἐξέλιπεν ἀθρόον πλείστου αἵματος ἐκχυθέντος, συνεκάλεσε τοὺς πρώτους τῶν βουλευτῶν καὶ εἶπεν

2 *Σευηριανόν*] *σευηριανὸν δηλαδή* A. 7 *ἀτρεμήσειν* etiam Xiphilinus. 8 *εἶπεν* ABCW, *εἰπεῖν* P. 9 *καὶ τάξει* om alter Wolfii codex Fuggeranus. 14 *διατρίψας*] *ζήσας* A. 16 *τόσα*] *ος'* Cedreni codices: cf. Leunclavius ad Dionem, Hanoviae 1606 fol., pag. 1042 (2044): *πεντήκοντα* Dionis Exc. Vatic. 104. 17 *τῆς* add A Xiphilinus. 18 *ὁ λούκιος κόμοδος ὁ καίσαρ* A. 20 *ἐκχυθέντος* A, *ἐμεθέντος* PW: Xiphilinus *ἐκπεσόντος*. *εἶπε* B.

set, paulo post se novem duntaxat nosse velle dixit: unum enim Severianum sibi notum esse.

Fuerunt et Turbo et Similis inter optimos clarissimi. ac Turbo, ut rei militaris peritissimus, cum praefectus praetorio factus esset, ut unus e populo vitam exegit; nec unquam ob perpetuam cum imperatore consuetudinem domi, licet aegrotans, interdiu visus est. a quo aliquando adversa valetudine admonitus ut quieti se daret, respondit praefectum praetorio stantem mori oportere. Similis aute millo natu grandior et ordine prior, cum sub Traiano centurio ante praefectos ab illo vocatus esset, ingressus dixit "turpe est, Caesar, praefectis foris stantibus te cum centurione colloqui." deinde praetorio praefectus dignitatem illam et invitus accepit, et ultro ea repudiata, ruri septem annis exactis mortuus est, cum sepulcro suo inscribi iussisset "Similis hic situs est, qui in vita fuit tot annis, vixit annos septem."

Hadrianus vero ex vehementi sanguinis fluxu et tabe et aqua intercute laborans, cum Caesar L. Commodus longo tempore sanguinem vomere solitus immodica egestione subito exstinctus esset, principibus

"τὸν Λούκιον τὸ δαιμόνιον ἀφείλετο ἡμῶν, εὗρον δὲ αὐτοκράτορα C ὑμῖν εὐγενῆ πρᾷον εὔεικτον φρόνιμον, μήθ' ὑπὸ νεότητος προπετὲς μήθ' ὑπὸ γήρως ἀμελές τι ποιήσοντα, τὸν Ἀντωνῖνον Αὐρήλιον." καὶ ὁ μὲν οὕτως προκεχείριστο αὐτοκράτωρ· φροντίζων δὲ καὶ περὶ τῶν μετὰ ταῦτα αὐταρχησόντων Ἀδριανός, ἐπεὶ ἄρρενος ὁ Ἀντωνῖνος ἠμοίρει γονῆς, τὸν Κομόδου υἱὸν Κόμοδον αὐτῷ εἰσεποίησε, καὶ Μάρκον Ἄννινον Βῆρον, ὃς Κατίλιος ὠνόμαστο πρότερον, Ἀννίνου Βήρου τοῦ τρὶς ὑπατεύσαντος καὶ χιλιαρχήσαντος ἔγγονος ὤν.

Ὑδέρῳ δὲ περιπεσὼν ὁ Ἀδριανὸς μαγγανείαις μέν τισι καὶ W II 205 D γοητείαις ἐκένου ποτὲ τὸ ὑγρόν, δι' ὀλίγου δ' αὖθις ἠθροίζετο ἕτερον· καὶ ὡς ἐπεδίδου πρὸς τὸ χεῖρον ἀεί, ἀποθανεῖν ἐπεθύμει, οὐκ ἠδύνατο δέ, μηδενὸς αὐτῷ διδόντος μὴ ξίφος μὴ φάρμακον. καὶ τέλος, μὴ οἷός τε ὢν ἑαυτὸν διαχρήσασθαι, τῆς κατὰ τὴν δίαιταν ἀκριβείας μεθῆκε, καὶ μὴ προσήκουσιν ἐδωδίμοις καὶ ποτοῖς χρώμενος κατέλυσε τὴν ζωήν, ζήσας ἔτη δύο καὶ ἑξήκοντα πρὸς μησὶ πέντε καὶ ἡμέραις ἐννεακαίδεκα, μοναρχήσας δὲ ἐπὶ εἴκοσι καὶ ἕνα ἐνιαυτὸν μηνὸς ἑνὸς λείποντος.

Ἐπὶ δὲ τῆς ἡγεμονίας αὐτοῦ Ἀλέξανδρος ἀρχιερατεύσας ἐν Ῥώμῃ δέκατον ἔτος εἰς τὴν ἀγήρω μετέβη ζωήν· ὃν διεδέξατο P I 592 Ξύστος. καὶ Πρῖμος δὲ Ἀλεξανδρέων ἐπισκοπήσας δωδέκατον ἐνιαυτὸν καὶ μεταλλάξας τὴν βιοτήν, Ἰοῦστον ἔσχε διάδοχον. τῶν

2 εὔοικτον Xiphilinus. 4 καὶ περὶ τῶν μετὰ ταῦτα δὲ αὐταρχησόντων φροντίζων A. 7 post Βῆρον PW add ὠνόμασεν, om ABC. 8 τοῦ add AB Xiphilinus. 9 χιλιαρχήσαντος] πολιαρχήσαντος Casaubonus ad Capitolini Marcum I. ἔγγονος ὤν] ἔγγονον A.

senatoribus convocatis dixit "Lucium nobis fortuna eripuit: verum repperi vobis imperatorem nobilem clementem facilem prudentem, qui neque prae adolescentia temere neque prae senio quicquam segniter est facturus, Aurelium Antoninum." quo sic imperatore creato, quia is quoque filio carebat, de secuturis imperatoribus sollicitus, Commodum Commodi filium ei adoptandum dedit, et M. Anninum Verum, qui ante Catilius dicebatur, Annini Veri ter consulis et tribuni nepotem.

Hadrianus vero cum per magiam et praestigias quasdam aliquando noxios humores exhausisset, nec multo post aliis affluentibus in dies peius haberet, mortem optavit: sed voti compos fieri non potuit, cum nemo ei ensem aut venenum praeberet. denique cum se ipse occidere non posset, omissa curiosiore victus ratione, cibis et potionibus ei morbo alienis utendo mortem arcessivit. vixit annos 62 menses 5 dies 19: imperavit annos 21 mense uno dempto.

Sub eius principatu Alexander pontificatu urbis Romae decem annis functus in vitam senectutis expertem migravit: cui successit Xystus. Primus Alexandrinus duodecimo episcopatus anno defunctus Iustum ha-

δ' ἐν Ἱεροσολύμοις ἐπισκόπων τὸν ἀριθμὸν εἰς πεντεκαίδεκα περιστῆναι μέχρι τῆς κατὰ Ἀδριανὸν Ἰουδαίων ἀποστασίας, βραχυβίων ὡς ἔοικε γεγονότων, ὁ Εὐσέβιος ἱστορεῖ, πάντας δ' ἐξ Ἰουδαίων πιστεύσαντας εἶναι. ὧν πρῶτος ἦν Ἰάκωβος ὁ τοῦ κυρίου λεγόμενος ἀδελφός, καὶ δεύτερος Συμεών, τρίτος Ἰοῦστος, Ζακχαῖος τέταρτος, Τωβίας πέμπτος, ἕκτος Βενιαμίν, ἕβδομος
B Ἰωάννης, ὄγδοος Ματθίας, ἔννατος Φίλιππος, δέκατος Σενεκᾶς, Ἰοῦστος ἄλλος ἑνδέκατος, Λευῒς δωδέκατος, Ἐφρῆς τρισκαιδέκατος, τεσσαρεσκαιδέκατος Ἰωσήφ, καὶ Ἰούδας πεντεκαιδέκατος. Ξύστον δὲ μετὰ χρόνον δεκαέτη τελευτήσαντα ἕβδομος ἐν Ῥώμῃ διεδέξατο Τελεσφόρος. τῆς δὲ τῶν Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας τὴν προστασίαν ἕκτος Εὐμενὴς ἐκληρώσατο, Ἰούστου μετὰ ἑνδέκατον θανόντος ἐνιαυτόν.

Οὗτος ὁ αὐτοκράτωρ διὰ τὰς ἤδη ῥηθείσας στάσεις μετὰ τὸν πολὺν τῶν Ἰουδαίων ὄλεθρον καὶ δόγμα ἐξέθετο κωλῦον τὸ ἔθνος αὐτῶν ἐπιβαίνειν τῶν Ἱεροσολύμων καὶ τῆς χώρας αὐτῶν
C ἁπάσης. καὶ λοιπὸν ἐξ ἐθνῶν τῆς πόλεως οἰκισθείσης καὶ Αἰλίας κληθείσης ὡς ὁ Ἀδριανὸς ἐχρημάτιζε, πρῶτος ταύτης ἀρχιερεὺς μετὰ τοὺς ἐκ περιτομῆς κατέστη Μάρκος. τότε καὶ Σατορνῖνος Ἀντιοχεὺς καὶ Βασιλείδης Ἀλεξανδρεὺς καὶ Καρποκράτης αἱρέσεων διαφόρων πατέρες καὶ ἀρχηγοὶ ἐγνωρίζοντο. καὶ Ἡγήσιπ-

3 *Εὐσέβιος*] Hist. eccles. lib. 4 c. 5. 5 *τρίτος* AB Eusebius, *καὶ τρίτος* PW. 6 *τωβίας* C Eusebius, *Τοβίας* PW. 7 *σεννεκᾶς* B Eusebius, *σενακᾶς* A. 8 *Λευῒς δωδέκατος* om C. post *Λευῒς* PW add *δὲ*, om A Eusebius. *Ἐφρῆς τρισκαιδέκατος* om A. 12 *Εὐμένης* supra pag. 255 v. 6 seqq. ex Dione. 14 *οὗτος* AC, *Οὗτος οὖν* PW. 17 *καὶ Αἰλίας κληθείσης* om W.

huit successorem. Hierosolymitanos episcopos usque ad Iudaicam sub Hadriano defectionem fuisse quindecim, omnes ex Iudaismo Christianismum amplexos, commemorat Eusebius: quos non diu vixisse apparet. eorum primus fuit Iacobus qui frater domini dicitur, alter Symeon, tertius Iustus, quartus Zacchaeus, quintus Tobias, sextus Beniamin, septimus Ioannes, octavus Matthias, nonus Philippus, decimus Seneca, alter Iustus undecimus, Levis duodecimus, Ephres tertius decimus, Iosephus quartus decimus, Iudas quintus decimus. Xysto post decennium defuncto Romae successit Telesphorus, ordine septimus. Alexandrinae ecclesiae gubernationem Eumenes numero sextus est sortitus, Iusto post annum undecimum defuncto.

Hic imperator propter seditiones iam commemoratas post insignem illum populi interitum Iudaeis ingressu Hierosolymorum et totius provinciae interdixit. deinde cum urbs a gentilibus incoleretur, et de nomine Hadriani Aelia vocaretur, primus eius pontifex post circumcisos fuit Marcus. tum etiam Saturninus Antiochenus, Basilides Alexandrinus et Carpocrates diversarum sectarum auctores nascebantur; et Hegesip-

πος δὲ τότε τὴν τοῦ ἀποστολικοῦ κηρύγματος παράδοσιν ἐν πέντε λόγοις συγγράψασθαι ἀναγράφεται. καὶ Ἰουστῖνος ὁ φιλόσοφος, ὃς μετέπειτα καὶ μάρτυς ἐγένετο, τότε πρὸς θεοσέβειαν ἐξ Ἑλληνικῶν σπουδασμάτων μετέθετο. ὃς ἱστορεῖ Ἐρέννιον Γρανιανὸν τῆς Ἀσίας ἀνθυπατεύοντα ἐπιστεῖλαι Ἀδριανῷ, μὴ δίκαιον εἶναι ἐπ' ἐγκλήματι μηδενὶ κολάζεσθαι τοὺς χριστιανούς· καὶ τὸν D θεσπίσαι μηδένα εἰ μὴ ἐπ' ἐγκλήματι ἐκ κατηγορίας ἁλῷ κτείνεσθαι.

LIBER DUODECIMUS.

1. Αὐταρχήσαντος δὲ Ἀντωνίνου, ὃς εἰσποιηθεὶς παρὰ τοῦ Ἀδριανοῦ Καῖσάρ τε καὶ αὐτοκράτωρ ἐγένετο, ἡ γερουσία οὐκ ἤθελε τὰς ἡρωϊκὰς τιμὰς ψηφίσασθαι τῷ Ἀδριανῷ, διὰ φόνους ἀνδρῶν ἐπιφανεστάτων οὓς ἐκεῖνος εἰργάσατο. διὸ καὶ διειλέχθη αὐτοῖς ὁ Ἀντωνῖνος ἄλλα τε πλείω σὺν δάκρυσι, καὶ ὅτι "οὐδὲ ἐγὼ ἄρα ἄρξω ὑμῶν· πάντα γὰρ τὰ ὑπ' ἐκείνου γενόμενα, ὧν ἓν καὶ ἡ ἀνάρρησις ἡ ἐμή, ὡς ἐχθίστου ὑμῖν καὶ κα- P I 593 κίστου ἀθετηθήσεται." ταῦτα δ' ἡ γερουσία αἰδεσθεῖσα, οὐ

4 ἐρρένιον A, ἐρρέννιον B: Eusebius παρὰ Σερεννίου Γρανιανοῦ. 7 ἐπ' ABCW, om P. 11 ἡ γερουσία etc.] eadem, sed aliis verbis, Dionis Exc. Vatic. 105. 14 ὁ Ἀντωνῖνος om C. 16 ὑμῖν A cum Xiphilino, τε PW.

Fontes. *Cap.* 1. *Dionis Historiae Romanae liber* 70 *mutilus et a Xiphilino Quadrati et Eusebii ope suppletus. quae sequuntur ex Dionis libro* 71 *excerpta, ad Marcum Aurelium potius quam ad Antoninum Pium pertinent. Eusebii Historiae ecclesiasticae lib.* 4 *c.* 10 — *c.* 13.

pus apostolici praeconii traditionem quinque libris conscripsisse fertur; et Iustinus philosophus, post etiam martyr, a Graecis disciplinis ad dei cultum transiit. is narrat Herennium Granianum Asiae proconsulem scripsisse Hadriano, non esse aequum Christianos ob nullum facinus plecti: eum vero respondisse, neminem nisi criminis alicuius iudicio damnatum occidendum esse.

1. Antonino rerum potito, quem Hadrianus adoptatum et Caesarem et imperatorem designarat, senatus Hadriano divinos honores ob clarissimos viros interfectos decernere noluit. qua de causa Antoninus alia plura cum lacrimis disseruit, et se illis imperaturum esse negavit. sic enim omnia eius acta, inter quae et sua designatio esset, ut hominis inimicissimi et pessimi, abrogatum iri. senatus igitur cum ex verecundia

μεῖον μέντοι καὶ τοὺς στρατιώτας εὐλαβηθεῖσα, τῷ κειμένῳ τὰς
τιμὰς ἐψηφίσατο. Εὐσεβὴς δ' ἐπεκλήθη οὗτος ὁ Ἀντωνῖνος, ὅτι
ἄρτι τῆς αὐταρχίας ἡμμένου αὐτοῦ πολλοὶ γεγόνασιν ὑπ' αἰτία-
W II 206 σιν, καί τινες ἐξ ὀνόματος εἰς σφαγὰς ἐξητήθησαν, ὁ δὲ οὐδένα
ἐκόλασε, φάμενος ὡς "οὐ δεῖ με ἐκ τοιούτων ἔργων τῆς προστα-
σίας ὑμῶν ἄρξασθαι." γέγονε δὲ καὶ δι' ὅλης αὐτοῦ τῆς ἀρχῆς
δίκαιός τε καὶ χρηστὸς καὶ πᾶσι τοῖς ὑπηκόοις ἀνεπαχθής, καὶ
αὐτοῖς δὲ χριστιανοῖς. οὐ μόνον γὰρ οὐκ ἐκάκου αὐτούς, ἀλλὰ
B μέντοι καὶ αἰδοῦς ἠξίου. λέγεται δὲ ζητητικὸς γενέσθαι καὶ περὶ
μικρῶν ἀκριβολογούμενος· ὅθεν αὐτὸν κυμινοπρίστην ἐκάλουν οἱ
σκώπτοντες. οὐ μὴν διὰ τοῦτο ἐκ τῶν ὑπηκόων ἐχρηματίζετο,
ἀλλ' ἐν ἀπορίᾳ ποτὲ γεγονὼς ἀργυρίων, πολέμων ἐπικειμένων οὔτε
τέλος καινὸν ἐπενόησεν οὔτ' αἰτῆσαι παρά του ἠνέσχετο χρήματα,
ἀλλ' ἐν τῇ ἀγορᾷ πάντα τὰ ἐν τοῖς βασιλείοις κειμήλια θέμενος,
καὶ εἴ τι πρὸς κόσμον ἦν τῇ αὐτοῦ γαμετῇ, ὠνεῖσθαι ταῦτα τὸν
βουλόμενον προετρέπετο· ὅθεν ἀθροίσας ἀργύρια τοῖς στρατιώ-
ταις διέδωκε. καὶ νικήσας τὸν πόλεμον ἐκτήσατο πολυπλάσια.
C καὶ κήρυγμα ἔθετο τὸν βουλόμενον ἐκ τῶν ὠνησαμένων τὰ κτή-
ματα τὰ βασιλικὰ ἀναδιδόναι τὸ ὠνηθὲν καὶ λαμβάνειν τὸ τίμημα.
καί τινες μὲν τοῦτο ἐποίησαν, οἱ δὲ πλείους ἀνένευσαν· καὶ οὐδένα
ἀναδοῦναι τὸ κτηθὲν αὐτῷ ἐβιάσατο.

2 οὗτος ὁ Ἀντωνῖνος om A. 3 αὐτοῦ om A. 4 ἐξητήθησαν AC cum Xiphilino, ἐζητήθησαν PW. 5 ἐκόλασε A Xiphilinus, ἐκόλαζε PW. 7 δίκαιός τε A, καὶ δίκαιος PW. 11 οὐ μὴν διὰ — p. 525 v. 4 γονεῦσι καταλιμπάνειν non leguntur apud Xiphilinum. 12 ἀργυρίου W: ἀργυρίων ex codicibus reposuit Ducangius. 15 ἦν] προσῆν AB. 18 κτήματα] χρήματα A.

Antonini tum militum metu honores defuncto decrevit. Pius autem hic Antoninus appellatus est, quod recens suscepto imperio, multis accusatis, nonnullis etiam nominatim ad caedem postulatis, de nullo poenas sumpsit. negavit enim a talibus operibus imperium sibi esse auspicandum. et per omne tempus iustus et clemens permansit, et subditis omnibus atque adeo Christianis etiam minime gravis: quos adeo non male tractabat, ut etiam veneraretur. fertur autem ad rem attentus fuisse ac ne minima quidem neglexisse: qua de causa ut sordidus est derisus. nec tamen a subditis pecuniam exegit: nam cum aliquando bellis urgentibus pecunia egeret, nec vectigal novum excogitavit nec a quoquam postulare pecuniam voluit, sed omnibus regiae ornamentis et uxoris suae mundo muliebri in foro venum expositis, pecuniam coactam militibus dedit. victis autem hostibus longe maiore parta, per praeconem edici iussit, qui imperatoria instrumenta restituere vellent, iis pretium redditum iri. ac nonnulli id fecerunt: sed eorum qui recusarunt, qui plures fuere, neminem coegit.

Τούτου λέγεται νομοθέτημα εἶναι τὸ τῶν τέκνων ἀδιαθέτων τελευτώντων κληρονόμους ἀναφαίνεσθαι τοὺς γονεῖς, καὶ διατιθεμένοις τοῖς παισὶν ἐν ἀπαιδίᾳ ἀνάγκην εἶναι τὸ νόμιμον μέρος τοῖς γονεῦσι καταλιμπάνειν.

Ἐπὶ τούτου κλόνος τῆς γῆς συνέβη φρικώδης περὶ τὴν Βιθυνίαν καὶ τὸν Ἑλλήσποντον, ἐξ οὗπερ πλείους πόλεις κατέπεσον, μάλιστα δ' ἡ Κύζικος ἔπαθεν. ὅτε καὶ ὁ ἐν αὐτῇ περιβόητος κατεπτώθη ναός, οὗ λέγονται τετράοργοι τὸ πάχος εἶναι οἱ κίονες, D τὸ δ' ὕψος αἴρεσθαι μέχρι πεντήκοντα πηχέων, ἐκ λίθου συνεστῶτες ἑνός (εἴ τῳ ταῦτα μὴ ἄπιστα δόξαιεν), καὶ τἄλλα δὲ τοῦ ἔργου ἐκείνου θαυμάσια ξύμπαντα.

Περὶ τούτου τοῦ αὐτοκράτορος ᾄδεται ὅτι καὶ τὸ τῆς συγκλήτου κατέκαυσε ψήφισμα, ὃ κατ' ἐπιταγὴν τοῦ Ἰουλίου γέγονε Καίσαρος, θεσπίζον μηδενὶ ἐφεῖσθαι διαθήκην ποιεῖν, εἰ μὴ μέρος ὡρισμένον τῷ κοινῷ καταλείψει ταμείῳ. ὅθεν νομίζεται καὶ μέχρι τοῦδε ταῖς διαθήκαις ἐγγράφεσθαι ὅτι "καὶ τῷ βασιλικῷ ταμείῳ καταλιμπάνω τόδε." ἀπεβίω δὲ ὁ Εὐσεβὴς Ἀντωνῖνος γηραιός, θανάτῳ ὕπνῳ ἐοικότι μαλακωτάτῳ, μοναρχήσας ἐνιαυτοὺς σὺν τέσσαρσιν εἴκοσι.

Τούτου τῷ πρώτῳ ἔτει Τελεσφόρος ὁ Ῥώμης ἐπίσκοπος ἑν- P I 594
δέκατον ἔτος ἀνύσας ἐπὶ τῇ λειτουργίᾳ καὶ μαρτυρίῳ ταινιωθείς,

1 τὸ] καὶ τὸ A. 8 τετράοργοι et τετραόργυιοι Xiphilini codices. 10 δόξαιεν] οὐ δόξει A. 12 Περὶ τούτου — 17 καταλιμπάνω τόδε non leguntur apud Xiphilinum. 12 τοῦ αὐτοκράτορος om A. 14 θεσπίζων A. 15 ὡρισμένῳ κοινῷ ταμείῳ καταλείψει A.

Huius lex esse fertur, ut parentes liberorum, qui intestati decedant, haeredes sint; et qui testamento facto orbi decedant, necessario legitimam partem parentibus relinquant.

Eo imperante horribili terrae motu complures Bithyniae et Hellesponti urbes conciderunt, sed Cyzicus in primis est afflicta: in qua etiam celebre illud templum corruit, cuius columnae ex unico saxo quattuor orgyas crassae in altitudinem quinquaginta cubitorum assurrexisse perhibentur: quod si cui incredibile videbitur, is caetera etiam eius operis omnia mirabilia fuisse cogitet.

In hoc imperatore illud etiam celebratur, quod senatus consultum Iulii Caesaris iussu factum cremavit, quo edicebatur ne cui testamenti factio esset nisi certam partem aerario legaret. unde moris est ad hoc usque tempus inscribi testamentis, "hoc imperatorio fisco relinquo." decessit Antoninus Pius senex, morte somno lenissimo haud absimili, anno imperii 24.

Huius primo anno Telesphorus Romae episcopus undecimo anno ministerii sui martyrii corona insignitus, ut Irenaeus narrat, felicem

ὡς Εἰρηναῖος ἱστόρησε, τέλος μακάριον εὕρατο· καὶ ἀνθιδρύθη εἰς τὸν τῆς Ῥώμης θρόνον Ὑγῖνος. ἐφ᾽ οὗ Οὐαλεντῖνος αἱρεσιάρχης ἐγένετο, καὶ Κέρδων τῆς κατὰ Μαρκίωνα αἱρέσεως ἀρχηγός. Ὑγίνου δὲ μετὰ τὸ τέταρτον ἔτος τοῦ Ῥώμης ἀρχιερατεῦσαι ἐκλιπόντος τὸν βίον, Πίος τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας προέστη. τῆς δ᾽ Ἀλεξανδρέων Μάρκος ἡγήσατο μετὰ Εὐμενῆ τρισκαιδέκατον ἔτος ἀνύσαντα ἐν τῇ ἀρχιερωσύνῃ. καὶ τοῦ Μάρκου μετὰ δε- B *καετίαν μεταχωρήσαντος πρὸς ἑτέραν ζωήν, Κελαδίων τὴν λειτουργίαν παρέλαβε. κἀν τῇ Ῥώμῃ τοῦ Πίου ἐκλελοιπότος πεντεκαιδεκάτῳ ἐνιαυτῷ τῆς ἐπισκοπῆς, ἀντικατέστη Ἀνίκητος. ὅτε καὶ ὁ φιλόσοφος καὶ μάρτυς ἤκμαζεν Ἰουστῖνος, τοῦ ὀρθοῦ λόγου ὑπεραγωνιζόμενος, ὃς καὶ κατὰ Μαρκίωνος ἐξέθετο σύγγραμμα, καὶ πρὸς τὸν εὐσεβῆ Ἀντωνῖνον ἀπολογίαν ὑπὲρ χριστιανῶν συνεγράψατο. ὅθεν ὁ αὐτοκράτωρ οὗτος ὁρμηθεὶς δόγμα τῷ κοινῷ τῆς Ἀσίας ἐπέστειλε, μηδένα χριστιανὸν διὰ τὴν θρησκείαν κολάζεσθαι, ἀλλὰ κἂν τις ὑπό του διὰ ταύτην κατηγοροῖτο, τὸν μὲν κατηγορούμενον ἀπολύεσθαι, τὸν δὲ κατήγορον δίκης ἔνοχον γίνε-* C *σθαι. ταῦτα συνέβη ἐπὶ τοῦ Εὐσεβοῦς.*

W II 207 2. *Μετὰ δὲ τὴν τελευτὴν αὐτοῦ Μάρκος Αὐρήλιος Ἀντωνῖνος εἰσποιητὸς αὐτῷ γεγονώς, ὡς ἱστόρηται, τὴν αὐταρχίαν*

1 *Εἰρηναῖος*] lib. 3 cap. 4. μακαριώτατον A. 2 οὐαλεντῖνος B Eusebius, οὐαλεντιανὸς C, Οὐαλεντινιανὸς PW. 4 τὸ om A. τοῦ A, τῆς PW. 7 ἔτος — ἀρχιερωσύνῃ] ἐνιαυτὸν ἐν αὐτῇ ἀρχιερατεύσαντα A. 16 του] τινος A. 17 ἔνοχον ABC, εὔοχον W, εὔνοχον P. 19 τὴν om A. 20 ὡς ἱστόρηται] p. 521 v. 7.

Fontes. *Cap. 2. Xiphilini epitome Historiarum Dionis* (*lib.* 71 c. 1 — c. 10) *cum eiusdem Xiphilini additamentis. Eusebii Historiae ecclesiasticae lib.* 5 *c.* 5.

exitum sortitus est, Hygino in Romanam sedem collocato. sub quo Valentinus haereticus exstitit, et Cerdo sectae Marcionis auctor. Hygino post quartum pontificatus annum defuncto Pius Romanae ecclesiae, Alexandrinae Marcus est praefectus post Eumenem pontificatu annis tredecim functum. Marco etiam post decennium mortuo Celadio ministerium suscepit. Pio Romae post annos quindecim episcopatus defuncto successit Anicetus. quo tempore Iustinus etiam martyr et philosophus verae doctrinae assertor floruit. is et librum contra Marcionem edidit, et ad Antoninum Pium defensionem Christianorum scripsit, qua imperator impulsus decreto ad civitates Asianas misso cavit ne quis Christianos propter religionem supplicio afficeret: quod si quis eo nomine accusaretur, reum absolvendum, accusatorem multandum esse. haec sub Pio gesta sunt.

2. Post eius obitum M. Aurelius Antoninus, a Pio, ut dictum

ἐδέξατο· καὶ αὐτίκα κοινωνὸν τοῦ κράτους πεποίηται Λούκιον Βῆρον Κόμοδον, Λουκίου τοῦ Κομόδου υἱόν. ἦν μὲν γὰρ ὁ Μάρκος καὶ ἀσθενὴς τὸ σαρκίον, ἐσχόλαζε δὲ καὶ λόγοις οὕτως ὥστε καὶ αὐτοκράτωρ γενόμενος οὐκ ᾐδεῖτο ἐς διδασκάλου φοιτᾶν, ἀλλὰ καὶ Σέξτῳ συνεφιλοσόφει τῷ Βοιωτῷ καὶ Ἑρμογένει τῷ ῥήτορι προσωμίλησε· μᾶλλον δ' ἀντεποιεῖτο τῶν Στοϊκῶν. ὁ δέ γε Λούκιος νεώτερος ὢν καὶ πρὸς πόνους ἔρρωτο καὶ ἐπεφύκει πρὸς στρατιωτικῶν μεταχείρισιν. ὅθεν τῇ θυγατρὶ Λουκίᾳ τοῦ- D
τον ὁ Μάρκος συνάψας, αὐτῷ τὸν πρὸς Πάρθους ἀνέθετο πόλεμον, τοῦ Οὐολογαίσου πολλοὺς Ῥωμαίων κατατοξεύσαντος καὶ ὅλον τὸ στρατόπεδον διαφθείραντος καὶ πολέμιον Ῥωμαίοις ἑαυτὸν ἀποφήναντος καὶ φοβερὸν ἐπιόντα τῆς Συρίας ταῖς πόλεσιν. εἰς γοῦν Ἀντιόχειαν ὁ Λούκιος γεγονὼς Κασσίῳ τὰ στρατεύματα ἔνειμεν· ὃς τῷ Οὐολογαίσῳ συμβαλὼν ἥττησέ τε καὶ μέχρι Σελευκείας ἐδίωξε, καὶ ταύτην ἐνέπρησε καὶ τὰ βασίλεια αὐτοῦ τὰ ἐν Κτησιφῶντι κατέσκαψε. τῷ δὲ Λουκίῳ ταῦτα ὄγκον περιεποίει καὶ φρόνημα, ὥστε μετὰ ταῦτα καὶ ἐπιβουλεῦσαι τῷ κηδεστῇ τε καὶ αὐτοκράτορι. πρὶν δέ τι δρᾶσαι φαρμάκῳ διώλετο.

Ἐντεῦθεν ὁ Κάσσιος τῆς Ἀσίας ἁπάσης ἐπίτροπος προκεχεί- P I 595
ριστο. ὁ δ' αὐτοκράτωρ τοῖς περὶ τὸν Ἴστρον βαρβάροις, Ἰάζυξί τε καὶ Μαρκομάννοις καὶ ἄλλοτε ἄλλοις χρόνον συχνὸν ἐπολέμησε, τῇ Παιονίᾳ κεχρημένος ὁρμητηρίῳ. καὶ οἱ ὑπὲρ τὸν Ῥῆνον Κελ-

2 Λουκίου] τὸν λουκίου A. 3 ἐσχόλαζε A Xiphilinus, ἐσχόλασε PW. 4 διδασκάλους B. 8 στρατιωτῶν C. Λουκίλλᾳ Xiphilinus. 21 μαρκομάνοις C Xiphilinus.

est, adoptatus, imperio suscepto statim L. Commodum Verum, L. Commodi filium, collegam sumpsit. erat enim Marcus et imbecilli corpore, et disciplinis ita deditus, ut etiam imperatorem factum scholas frequentare non puderet. cum Sexto igitur Boeotio philosophabatur, et Hermogeni rhetori operam dabat; sed Stoicis magis addictus erat. Lucius vero utpote iunior et laborum tolerans et ad rem militarem natus erat. itaque Marcus ei Lucia filia desponsa bellum Parthicum mandavit, cum Vologesus multos Romanos sagittis confecisset ac totum exercitum peremisset seque Romanorum hostem declarasset et Syriacas urbes magno cum terrore invaderet. Lucius igitur Antiochiam profectus Cassio legiones dedit: qui Vologesum victum Seleuciam usque persecutus urbem cremavit et eius regiam Ctesiphontem evertit. quo successu Lucius elatus socero et imperatori deinde struxit insidias. sed eae priusquam ad rem conferrentur, veneno periit.

Inde Cassius universae Asiae procurator est designatus. imperator vero cum barbaris qui circa Istrum incolunt, Iazygibus, Marcomannis et alias aliis longo tempore in Pannonia bellum gessit. Galli Trans-

τοὶ ἕως Ἰταλίας ἐπήλασαν· ὧν ἐν τοῖς νεκροῖς καὶ γυναικῶν σώματα ὡπλισμένα εὑρέθη. οὕτω δὲ καὶ σωφρόνως καὶ ἐγκρατῶς ἦρχεν, ὥστε ἐν τηλικούτοις πολέμοις μήτε τι θωπευτικὸν πρὸς τοὺς στρατιώτας εἰπεῖν μήτε τι φόβῳ ποιῆσαι. ὅτε δὲ μὴ πολέμοις ἦν σχολάζων, ἐδίκαζε, καὶ τοῖς ῥήτορσι πρὸς ὕδωρ λέγουσι πλεῖον ἐγχεῖσθαι τὸ ὕδωρ ἐκέλευεν, ἵν' ἔχοι πάντοθεν τὸ δίκαιον
B ἀκριβοῦν. ἦν δὲ καὶ φιλόπονος, ὡς καὶ νυκτὸς δικάζειν. καὶ οὐδὲν ἐν παρέργῳ οὔτ' ἐποίει οὔτ' ἔγραφεν οὔτ' ἔλεγε, μὴ δεῖν νομίζων τὸν αὐτοκράτορα ἐν παρέργῳ τι πράττειν μηδὲ τοὐλάχιστον, καὶ ταῦτα σώματος τυχὼν ἀσθενοῦς. B

Μαρκομάννους μὲν οὖν καὶ Ἰάζυγας πολλοῖς καὶ μεγάλοις ἀγῶσι καὶ κινδύνοις ὁ αὐτοκράτωρ οὗτος ὑπέταξε· πρὸς δὲ τοὺς Κουάδους καὶ πόλεμος αὐτῷ βαρὺς συγκεκρότητο, καὶ νίκην παράδοξον αὐτῷ τὸ θεῖον παρέσχετο. κύκλῳ γὰρ τῶν Κουάδων τοὺς Ῥωμαίους περισχόντων συνασπίσαντες οἱ Ῥωμαῖοι καρτερῶς ἀντημύνοντο· οἱ δὲ βάρβαροι ἀπέσχοντο μὲν τοῦ μάχεσθαι, τὰ
C δὲ πέριξ ἀπέφραξαν, ὥστε μήποθεν αὐτοὺς ὑδρεύσασθαι δύνασθαι, οἰόμενοι ῥᾷον αὐτῶν περιγενέσθαι, μὴ οἵων τε ἐσομένων πρὸς δίψαν ἀντέχειν καὶ καύσωνα. τῶν οὖν Ῥωμαίων καὶ καμάτῳ κακουμένων καὶ καύματι καὶ δίψει καὶ τραύμασιν, νέφη ἀθρόον τὸν ἀέρα περιέσχον ἐκεῖνον, καὶ ὗσέ γε πλεῖστα, οὐχ ὡς ὁ Δίων ἱστόρησεν, Αἰγυπτίου μάγου τὸν Ἑρμῆν ἐπικαλεσαμένου καὶ γοητείαις δι' αὐτοῦ τὸν ὑετὸν δυνηθέντος ἐπαγαγεῖν, ἀλλὰ τοῦ θείου

5 ἦν σχολάζων] ἐσχόλαζεν A. 9 τι] τινὶ A. 11 μαρκομάνους C Xiphilinus. 22 γοητείαις A, γοητείας PW.

rhenani usque ad Italiam sunt progressi: inter quorum cadavera etiam muliebria corpora armata sunt inventa. in tantis autem bellis ea prudentia et gravitate imperavit, ut militibus neque ullo verbo adularetur neque metu eorum quicquam faceret. cum a bellis otium erat, ius dicebat; et oratoribus ad aquam verba facientibus plus infundi iubebat, ut ab omni parte aequitatem indagare posset. adeo laboriosus, idque in tenui valetudine, ut noctu etiam pro tribunali sederet, atque obiter nihil neque diceret neque scriberet neque faceret: neque enim decere putabat ut imperator vel minimum perfunctoria opera administraret.

Marcomannos igitur et Iazygas multis magnisque praeliis et periculis subegit: contra Quados autem gravissimo bello suscepto admirabilem victoriam divinitus est adeptus. qui cum Romanos undique circumdedissent, hi vero testudine facta fortiter se defenderent, barbari omissa pugna circumiecta loca omnia obsepserunt, necubi aquari possent, rati se eos siti et aestu afflictos facilius superaturos. Romanis autem labore aestu siti vulneribus confectis, aëre subitis nubibus densato vehementer pluit, non ut Dion scribit, propter Aegyptii magi praestigias Mercurium

χριστιανῶν παρακληθέντος ἐντεύξεσι καὶ ῥυσαμένου τότε κἀκείνους παραδοξοποιίᾳ καὶ ἅπαν τὸ στράτευμα. ἦν γάρ τις ἐν τῇ τότε Ῥωμαϊκῇ στρατιᾷ λεγεών, οἱ πάντες ἦσαν χριστιανοί. ἀμηχανοῦντι δὲ τῷ αὐτοκράτορι καὶ δεδοικότι περὶ παντὶ τῷ στρα- D
τεύματι, λόγος ἐστὶ φάναι τὸν ἔπαρχον τοῦ δορυφορικοῦ ὡς οὐκ ἔστιν ὃ μὴ δύναται τὸ γένος τῶν καλουμένων χριστιανῶν· εἶναι δὲ παρὰ τῇ στρατιᾷ ἀνδρῶν τοιούτων τάγμα ὁλόκληρον. τὸν δὲ W II 208
ἀκούσαντα δεηθῆναι τούτων ἐπικαλέσασθαι τὸν οἰκεῖον θεόν. κἀκείνων εὐξαμένων κεραυνῷ μὲν βληθῆναι τοὺς ἐναντίους, ὄμβρον δὲ Ῥωμαίοις καταρραγῆναι. οἷς ἐκπλαγέντα τὸν Μάρκον τιμῆσαι μὲν τοὺς χριστιανοὺς δόγματι, κεραυνοβόλον δ' ἐκεῖνο καλέσαι τὸ σύνταγμα. καὶ ὅτι μὲν οὕτως ὁ λεγεὼν ἐκεῖνος ἐκλήθη, καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησι καὶ παρὰ τῷ Δίωνι ὡμολόγηται, τὴν δὲ αἰτίαν οὐ προστιθέασι. μέμνηται δὲ τῆς παραδοξοποιίας ταύτης ἐν τῇ Ἐκκλησιαστικῇ ἱστορίᾳ καὶ ὁ Εὐσέβιος. ὅ γε μὴν P I 596
Δίων φησὶν ὅτι τοῦ ὄμβρου γινομένου οἱ Ῥωμαῖοι περὶ τὸ πίνειν ἀσχοληθέντες ὀλίγου δεῖν ἀπολώλεισαν ἄν, τῶν βαρβάρων ἐπιτιθεμένων τότε αὐτοῖς, εἰ μὴ χάλαζα κατερράγη σφοδρὰ καὶ κεραυνοῖς πολλοῖς ἐβάλλοντο οἱ πολέμιοι.

3. Ὁ δὲ Κάσσιος ἐν τῇ Συρίᾳ διάγων ἐνεωτέρισεν· ὃς Σύρος ἦν, ἀνὴρ δὲ ἄριστος καὶ οἷον ἄν τινες ἕξειν εὔξαιντο αὐτοκράτορα. ἐκινήθη δὲ πρὸς ἀποστασίαν, ἀγγελίας αὐτῷ ψευδοῦς

12 καὶ om AC. 15 *Εὐσέβιος*] Hist. eccles. 5 5. 16 *γινομένου* AC, *γενομένου* PW. 18 *τότε* add AB. 19 *πολλοῖς* add AB: Xiphilinus *κεραυνοὶ οὐκ ὀλίγοι*.

FONTES. *Cap.* 3. *Dionis Historiae Romanae lib.* 71 *c.* 22 — *c.* 36. *Eusebii Historiae ecclesiasticae lib.* 4 *c.* 15 — *lib.* 5 *prooem.*

obtestati, sed deo Christianorum precibus exorato et ipsos omnemque exercitum per miraculum conservante. nam cum in Romanis castris Christiana legio esset, praetorio praefectus imperatori aestuanti et de toto exercitu sollicito dixisse fertur, populum Christianorum nihil non posse, esse autem in exercitu integram ex eo hominum genere legionem. quo ille audito eos rogarit ut suum deum implorarent. quo facto fulmina in hostes sint illata, imber in Romanos. quare obstupefactus Marcus Christianos decreto honoravit et fulminatricem legionem illam appellavit. ac sic fuisse appellatam Dion et caeteri consentiunt, sed causam non addunt. miraculi huius etiam Eusebius in Ecclesiastica historia meminit. caeterum Dion ait imbre facto Romanos bibendo occupatos subita incursione barbarorum paene periisse, nisi vehementi grandine et multis fulminibus hostes petiti essent.

3. At Cassius in Syria agens novas res molitus est: homo Syrus, sed vir optimus et qualis imperator exoptari queat. est autem

κομισθείσης ὡς ὁ Μάρκος ἀπέθανεν. ἅπαξ δὲ πρὸς τὸ ἔργον B ὁρμήσας οὐκ ἀπέστη, μετ' ὀλίγον μαθὼν τὴν ἀγγελίαν εἶναι ψευδῆ· ἡτοιμάζετο δὲ πολέμῳ τὴν ἐξουσίαν ἕξειν. ὁ δὲ Μάρκος τοὺς στρατιώτας συγκαλεσάμενος ἐδημηγόρησε καὶ παρεθάρρυνε σφᾶς πρὸς τὸν πόλεμον. παρασκευαζομένῳ δὲ νῖκαί τε πλεῖσται κατὰ βαρβάρων διαφόρων ἠγγέλθησαν, καὶ ἡ Κασσίου σφαγή, ὃν ἑκατόνταρχός τις βαδίζοντι προσελθὼν ἔτρωσεν αἰφνίδιον, οὐ μέντοι καιρίως, προσκατειργάσατο δὲ τὸν φόνον ὁ δέκαρχος. καὶ ὁ μὲν οὕτως ἀπώλετο μῆνας τρεῖς καὶ ἡμέρας ἓξ τὴν ἀρχὴν ὀνειρώξας, καὶ ὁ υἱὸς δὲ αὐτοῦ ἐφονεύθη τυγχάνων ἑτέρωθι· ὁ δ' αὐτοκράτωρ οὐδένα τῶν ἐκείνῳ συναποστάντων διεχρήσατο, ἀλλ' C ἐπιεικῶς ἐχρήσατο ξύμπασι. καὶ τῇ βουλῇ δὲ ἐπέστειλε μηδένα τῶν Κασσίῳ συναραμένων τεθνάναι· "μὴ γὰρ γένοιτο" ἔφη "μηδένα ὑμῶν δι' ἐμὲ μήτε τῇ ἐμῇ μήτε τῇ ὑμετέρᾳ ψήφῳ σφαγῆναι. ἂν δὲ μὴ τούτου τύχω, σπεύσω θανεῖν." οὕτω διὰ πάντων καὶ εὐσεβὴς ἐγένετο καὶ χρηστός. ἐνομοθετήθη δὲ τότε μηδένα τοῦ ἔθνους ἄρχειν ὅθεν ἐγένετο, ὅτι ὁ Κάσσιος ἐν τῇ Συρίᾳ ἡγεμονεύων, ὅπου καὶ ἡ πατρὶς αὐτοῦ ἦν, ἐνεόχμωσεν.

Ἐλθὼν δ' εἰς Ἀθήνας ὁ Μάρκος τιμάς τε τοῖς Ἀθηναίοις ἔνειμε καὶ διδασκάλους ἐπὶ πάσης παιδείας ἔταξε, μισθὸν ἐτήσιον ἐκ τοῦ ταμείου κομιζομένους. ἐς δὲ τὴν Ῥώμην ἐλθὼν τοῖς

5 παρασκευαζομένων C. 8 ὁ add A. 9 ἓξ] τρεῖς A. 11 συναποστησάντων A. 14 ὑμῶν om C. 21 ἐκ τοῦ ταμείου om Xiphilinus.

nuntio de Marci interitu ad defectionem impulsus: quem cum paulo post falsum esse comperisset, a re semel coepta desistere noluit, ita se parans ut qui imperium vi occupare vellet. Marco vero milites pro contione ad rem strenue gerendam cohortato et ad bellum se paranti victoriae plurimae contra diversos barbaros nuntiatae sunt, et Cassii caedes. quem centurio quidam in itinere aggressus subito vulneravit, non tamen letaliter; sed caedem eius decurio absolvit. sic ille per tres menses et dies sex imperio somniato periit. est et filius eius alibi occisus. imperator vero nullum qui cum eo defecerat occidit, sed clementer tractavit omnes. ad senatum etiam scripsit neminem ex Cassii adiutoribus esse occidendum. "absit enim" inquit "ne quisquam vestrum propter me vel meo vel vestro suffragio perimatur. quod nisi impetro, quamprimum moriar." adeo in rebus omnibus et pius et clemens fuit. postea lex lata est ne quis ei provinciae praeesset e qua natus esset, propterea quod Cassius Syriae praetor, in qua patriam habebat, regnum affectarat.

Athenas profectus Marcus civibus honorem habuit, et omnium disciplinarum magistros ordinavit, annuis stipendiis e publico decretis.

ὄφλουσι τῷ βασιλικῷ ταμείῳ καὶ τῷ δημοσίῳ πᾶσιν ἀφῆκε τὰς D *ὀφειλάς. πόλεσί τε χρήματα δέδωκε, καὶ τὴν Σμύρναν ὑπὸ σεισμοῦ παθοῦσαν ἀνοικοδομηθῆναι προσέταξεν. ὡς δ' αὖθις τὰ Σκυθικὰ κεκίνητο, γυναῖκα τῷ υἱῷ θᾶττον ἢ ἐβούλετο Κρισπίναν συνῴκισε, καὶ κατ' αὐτῶν ἐξεστράτευσε. καὶ χρήματα ἐκ τοῦ δημοσίου ᾔτησε· πάντα γὰρ τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δήμου ἔλεγεν εἶναι. καταπολεμηθέντων δὲ τῶν βαρβάρων αὐτοκράτωρ προσηγορεύθη τὸ δέκατον. καὶ εἰ ἔτι ἐζήκει, τὰ ἐκεῖ πάντα ὑπὸ Ῥωμαίους ἂν ἐποιήσατο· ἀλλὰ μετήλλαξε, τῶν ἰατρῶν αὐτὸν κατεργασαμένων, ὡς λέγεται, τῷ Κομόδῳ χαριζομένων. ἄρτι δὲ* P I 597 *θνήσκων τοῦτόν τε τοῖς στρατιώταις παρακατέθετο, ἵνα μὴ δοκῇ ὑπ' αὐτοῦ θνήσκειν, καὶ τῷ χιλιάρχῳ τὸ σύνθημα αἰτοῦντι "πρὸς τὸν ἀνατέλλοντα" εἶπεν "ἄπιθι· ἐγὼ γὰρ δύομαι ἤδη." ἄριστα οὖν ἄρξας μετήλλαξε, ζήσας μὲν ἔτη πεντήκοντα καὶ ἐννέα, τριάκοντα καὶ ὀκτὼ ἐνδέοντα ἡμερῶν, αὐταρχήσας δὲ ἔτη ἐννεακαίδεκα καὶ ἡμέρας ἕνδεκα. ἦν γὰρ καὶ φύσει ἀγαθὸς ἀνήρ, πλεῖστα δὲ καὶ ὑπὸ παιδείας βελτίων ἐγένετο. οὐ μέντοι ἀξίως τῆς ἀρετῆς εὐδαιμόνησεν. ἐντεῦθεν δὲ μᾶλλον θαυμάσειεν ἄν τις αὐτόν, ὅτι καὶ ἀλλοκότοις καὶ ἐξαισίοις χρησάμενος πράγμασιν, αὐτός τε περιεγένετο καὶ τὴν ἀρχὴν διεσώσατο.*

Τούτου κρατοῦντος ὁ ἱερὸς Πολύκαρπος ὁ Σμύρνης ἀρχιε- B *ρεὺς τὸν μαρτυρικὸν ἀνεδήσατο στέφανον· καὶ ὁ μέγας ἐπὶ λόγοις* W II 209

9 *αὐτῶν* A. 11 *τοῦτόν* — 12 *θνήσκειν* om A. 14 *ἔτη* ͞ν *καὶ* ͞θ A. *τριάκοντα καὶ ὀκτὼ* (͞λ *καὶ* ͞η A) *ἐνδέοντα ἡμερῶν* add AB. Xiphilinus *ἔτη γὰρ ὀκτὼ καὶ πεντήκοντα καὶ μῆνας δέκα ἡμέρας τε εἴκοσι καὶ δύο ζήσας.* 22 *ἀνεδύσατο* A.

cum Romam venisset, omnibus qui aerario aut fisco debebant, aes alienum condonavit. civitatibus pecuniam dedit, et Smyrnam terrae motu afflictam instaurari iussit. Scythicis gentibus denuo tumultuantibus, filio maturius quam statuerat Crispina uxore data, expeditionem suscepit, pecunia ex aerario petita: omnia enim senatus populique esse dicebat. barbaris debellatis decimum imperator est appellatus. quod si vixisset diutius, loca illa omnia subegisset: sed obiit, a medicis, ut aiunt, in Commodi gratiam confectus. quem tamen iam moriturus militibus commendavit, ne ab eo interfici videretur. tribuno tesseram postulanti "ad orientem" inquit "ito: ego enim iam occido." obiit annos 59 natus, diebus 38 minus. imperio annos 19 et dies 11 optime praefuit. nam cum natura vir bonus esset, doctrina longe melior evasit. neque tamen felicitas virtuti eius respondit. quo magis admirandus est, quod in asperrimis et difficillimis rebus et semetipsum et imperium conservavit.

Eo imperante S. Polycarpus Smyrnaeus pontifex martyrii corona redimitus est; et eloquentia magnus, confessione maior, Iustinus certamen

καὶ μείζων ἐν ὁμολογίᾳ Ἰουστῖνος ἐνήθλησεν, οὗ πολλὰ μέχρι τοῦδε συγγράμματα σώζονται. τῷ δὲ ὀγδόῳ ἔτει τῆς Μάρκου Οὐήρου τοῦ Ἀντωνίνου τούτου ἀρχῆς Ἀνίκητος τελευτᾷ, ἔτη δέκα ἐπὶ ἑνὶ τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας προστάς· καὶ τοῦτον Σωτὴρ διαδέχεται. καὶ Κελαδίωνος μετὰ δέκα καὶ τέσσαρα ἔτη τὴν ζωὴν ἐκμετρήσαντος Ἀγριππῖνος τὴν Ἀλεξανδρέων ἐπισκοπὴν ἐγκεχείριστο. καὶ τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας μετὰ Ἥρωνα Κορνηλίου προστάντος τέταρτον, πέμπτος Ἔρως αὐτὸν διεδέξατο, κἀκεῖνον C *ἕκτος Θεόφιλος, ὃς καὶ κατὰ Μαρκίωνος ἐγγράφως ὡπλίσατο· ὃν ἕβδομος διεδέξατο Μαξιμῖνος. τοῦ Ῥωμαίων δὲ ἀρχιερατεύσαντος Σωτῆρος μεταστάντος τῶν γηΐνων, ἀντεισῆκτο Ἐλεύθερος.*

4. *Κόμοδος δὲ ὁ υἱὸς Ἀντωνίνου Μάρκου ἄριστα παρὰ τοῦ πατρὸς τραφείς τε καὶ ἀναχθεὶς οὐ κατὰ τὴν παιδείαν ἀποβεβήκει ἥνπερ πεπαίδευτο. ἀλλ' ἄκακος μὲν ἦν καὶ πρὸς πανουργίαν ἀποπεφύκει, δειλὸς δὲ ὢν καὶ τοῖς συνοῦσι πειθόμενος δι' ἁπλότητα τὰ ἤθη τε διεφθάρη καὶ εἰς ἀσέλγειαν καὶ μιαιφονίαν προήχθη, ἐννεακαιδεκέτης τυγχάνων ὅτε τῆς ἐξουσίας ἐκράτησεν. ὅθεν τὰς συμβουλίας τῶν ἀρίστων τῆς βουλῆς παρωσάμενος, οὓς* D *ἐπιτρόπους αὐτῷ ἐπέστησεν ὁ πατήρ, σπένδεται τοῖς βαρβάροις καὶ εἰς τὴν Ῥώμην ὑπονοστεῖ, οὔτε πονεῖν ἐθέλων καὶ ἐρραστωνευμένης ἐρῶν βιοτῆς. ὅθεν καὶ πλειστάκις ἐπεβουλεύθη, καὶ*

2 *δ'* B. 3 *δέκα ἐπὶ ἑνὶ*] *ἓν ἐπὶ δέκα* A. 5 *τὴν ζωὴν* — 7 *ἐγκεχείριστο*] *τὴν τῶν Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίαν Ἀγριππῖνος ἐγκεχείριστο* codex Colbertinus cum uno Regio. 6 *ἐπισκοπὴν*] *ἀρχὴν* C. 17 *ἐννεακαιδεκάτου* A. 19 *αὐτῷ ἐπέστησεν* ABC, *ἐπέστησεν αὐτῷ* PW.

Fontes. *Cap.* 4. *Dionis Historiae Romanae lib.* 71 c. 36 — *lib.* 72 c. 13.

obiit, cuius multa scripta etiamnum exstant. octavo anno imperii huius M. Antonini Veri Anicetus obit, ecclesia Romana per annos 11 gubernata. ei successit Soter. Celadione post annos 14 vita functo Alexandrinus episcopatus Agrippino est traditus. Cornelio Heronis successori, ordine quarto, successit quintus Eros: illi Theophilus sextus, qui scriptis contra Marcionem pugnavit. ei successit Maximinus septimus. Sotere Romanorum pontifice rebus terrenis exempto in eius throno collocatus est Eleutherus.

4. Commodus vero M. Antonini filius, optime a patre educatus et institutus, disciplinae qua eruditus erat non respondit. sed cum simplex esset ac minime callidus et timidus, paruit familiaribus suis, corruptisque moribus ab iis ad luxum et caedes est impulsus. 19 annos natus cum imperio potiretur, principum senatorum quos ei pater curatores dederat consiliis repudiatis, pace facta cum barbaris taedio laborum et dissolutae vitae amore Romam revertitur. quibus de causis crebris insidiis appetitus plurimos non viros tantum sed etiam mulieres et

συχνοὺς ἀπέκτεινεν οὐκ ἄνδρας μόνον ἀλλὰ καὶ γυναῖκας, καὶ σχεδὸν πάντας τοὺς τότε ἀνθήσαντας, ἄτερ Πομπηϊανοῦ καὶ Περτίνακος καὶ Βικτωρίνου, ὥστ' ἄπορον λογίζεσθαι τοῖς ταῦτα συγγραψαμένοις ὅπως ἐκεῖνοι τὸν φόνον τότε διέφυγον. εἰσιόντι δὲ αὐτῷ εἰς τὸ θέατρον τὸ κυνηγετικὸν ἐπεβούλευσε Κλαύδιος Πομπηϊανός. ξίφος γὰρ ἐν τῇ τῆς εἰσόδου ἀνατείνας στενοχωρίᾳ ἔφη "τοῦτό σοι πέπομφεν ἡ βουλή." ᾧ κατηγγύητο μὲν ἡ θυγάτηρ Λουκίλλης τῆς τοῦ Κομόδου ὁμαίμονος, συνεφθείρετο δὲ καὶ αὐτὴ ἡ Λουκίλλα οὔτ' ἐπιεικεστέρα οὔτε σωφρονεστέρα οὖσα τοῦ P I 598 ἀδελφοῦ. διὸ καὶ τὸν Πομπηϊανὸν ἀνέπεισεν ἐπιθέσθαι τῷ Κομόδῳ, καὶ ἐκεῖνον καὶ ἑαυτὴν προσαπώλεσεν. ἀνεῖλε δὲ καὶ τὴν γυναῖκα Κρισπῖναν ὁ Κόμοδος, μοιχείαν ἐπεγκαλέσας αὐτῇ. καὶ εἴ τις ἕκαστον τῶν ὑπ' ἐκείνου κτανθέντων ἢ διὰ συκοφαντίας ψευδεῖς ἢ δι' ὑποψίας εἰκαίας ἢ διὰ πλοῦτον βαθὺν ἢ διὰ γένους λαμπρότητα ἢ διὰ παιδείας ὑπεροχὴν ἢ δι' ἀρετῆς εὐδοκίμησιν ἀκριβώσασθαι τῇ συγγραφῇ βουληθῇ, ὄχλον ἂν παρέξοι τοῖς ἐπιέναι τὸ σύγγραμμα μέλλουσιν.

Ἐγένοντο δὲ καὶ πόλεμοι αὐταρχοῦντος αὐτοῦ πρός τε τοὺς B ὑπὲρ τὴν Δακίαν βαρβάρους καὶ μέγιστος ὁ Βρεττανικός, ἐφ' ὃν Μάρκελλον Οὔλπιον ἔπεμψεν, ἄνδρα ἐγκρατῶς τε ζῶντα καὶ στρατιωτικῶς, ἀδωρότατόν τε καὶ φύσει ἀϋπνότατον καὶ ἔτι μᾶλλον ἐξ ἐγκρατείας. ἵνα γὰρ μηδὲ ἄρτου κορέννυται, πολυήμερόν

4 συγγραψαμένοις] Dioni lib. 72 c. 4. εἰσιόντι AB, εἰσελθόντι PW: Xiphilinus ἐσιόντι. 7 ᾧ] τούτῳ A. 16 παρέξοι A, παρέξει PW. 21 ἀϋπνότατον φύσει A. καὶ ἐπιμᾶλλον C.

fere omnes illius aetatis claros homines, Pompeiano Pertinace et Victorino exceptis, interfecit, ut qui res illas scripserunt dubitent quo pacto illi caedem effugerint. theatrum venatorium ingredienti insidiatus est Claudius Pompeianus, et in aditus angustiis stricto ense dixit "hunc tibi senatus misit." ei Pompeiano filia Lucillae sororis Commodi nupta erat, sed et ipsa Lucilla eius consuetudine utebatur, fratre nihilo humanior aut modestior. eaque de causa Pompeiano persuaso ut Commodum aggrederetur, et ipsum et semetipsam perdidit. sustulit et Crispinam uxorem Commodus ob adulterii crimen. quod si quis eos omnes, quos vel ob falsas criminationes vel propter inanes suspiciones vel propter magnas divitias vel generis splendorem vel eruditionem excellentem vel gloriam virtutis interfecit, exquirere studeret, nae is magnam lectoribus molestiam pareret.

Bella quoque sub eius imperio gesta sunt adversus barbaros qui supra Daciam incolunt, et Britannicum omnium maximum: ad quod Ulpium Marcellum misit, virum et continentis et militaris vitae, abstinentissimum, nec tam natura quam ex sobrietate vigilantissimum. nam ut

τε καὶ παλαιότατον αὐτὸν ἤσθιεν, ὥστε μηδὲ δύνασθαί τι φαγεῖν τοῦ ἀναγκαίου πάνυ ἐπέκεινα. οὗτος τοὺς ἐν Βρεττανίᾳ βαρβάρους σφόδρα ἐκάκωσεν. ὅθεν διὰ τὴν ἀρετὴν αὐτοῦ ὀλίγου ἀπέκτεινεν ἂν τὸν ἄνδρα ὁ Κόμοδος.

C Περέννιος δὲ ὁ τοῦ δορυφορικοῦ ἄρχων, τοῦ Κομόδου ἁρματηλασίαις καὶ ἀσελγείαις ἐσχολακότος, ἠναγκάζετο τά τε στρατιωτικὰ καὶ τὰ τοῦ κοινοῦ διοικεῖν. εἴ τι γοῦν τοῖς στρατιώταις ἀπήντα που δυσχερές, ἐπ' ἐκεῖνον τοῦτο ἀνέφερον καὶ ἐμηνίων αὐτῷ. οἱ ἐν Βρεττανίᾳ τοίνυν στρατιῶται στασιάζοντες καὶ διὰ
W II 210 τοῦτο ἐπιτιμηθέντες χιλίους ἐπὶ πεντακοσίοις ἐξ ἑαυτῶν εἰς τὴν Ἰταλίαν ἔπεμψαν· οἷς τῇ Ῥώμῃ πλησιάσασιν ὁ Κόμοδος προϋπήντησε καὶ εἶπεν "ὦ συστρατιῶται, τί βουλόμενοι πάρεστε;" οἱ δέ "ἥκομεν" ἔφασαν "ἐπεί σοι ἐπιβουλεύει Περέννιος." καὶ ὃς ἐπεί-
D σθη καὶ τὸν ἄνδρα ἐξέδωκεν· καὶ οἱ στρατιῶται αὐτὸν καὶ ᾐκίσαντο καὶ κατέκοψαν, διαγαγόντα τὴν ἀρχὴν ἀδωρότατά τε καὶ σωφρονέστατα. οὗπερ ἀπαλλαγέντες οἱ καισάρειοι, ὧν ὁ Κλέανδρος κορυφαιότατος ἐτύγχανεν ὤν, ἅπαν ἔδρων χείριστον ἀδεῶς· πάντα γὰρ ἐπώλουν καὶ ὕβριζον καὶ ἠσέλγαινον.

Ὁ δὲ Κλέανδρος μέγα ὑπὸ τῆς τύχης ἀρθεὶς καὶ ἐχαρίσατο καὶ ἐπώλησε βουλείας στρατείας ἐπιτροπείας ἡγεμονίας καὶ ἁπλῶς ξύμπαντα. καί τινες πάντων ὧν εἶχον τὸ βουλευταὶ γενέσθαι

1 μηδὲ] μὴ A. 3 σφόδρα ἐκάκωσεν A, σφόδρα ἐκάκωσαν B, ἐκάκωσεν σφόδρα PW. 5 περρένιος ABC. 6 ἀσελγείαις AB, ἀσελγείας PW. 9 στρατιῶται] στρατευόμενοι A. 13 περρένιος B.

nec pane satiaretur, eo minime recenti sed ante multos dies cocto vescebatur, ut nihil ultra posset edere quam summa necessitas postularet. qui cum Britannos graviter afflixisset, parum abfuit quin ob virtutem a Commodo necaretur.

Perennius vero praetorio praefectus, imperatore aurigationibus et luxui vacante, et rem publicam et rem militarem administrare cogebatur. ac si quid militibus adversi accidebat, id illi iracunde imputabant. qui igitur in Britannia militabant, ob motam seditionem obiurgati, mille quingentos sui ordinis in Italiam miserunt: quibus Romae appropinquantibus Commodus obviam profectus "qua de causa venitis" inquit "commilitones?" qui cum respondissent eo se adesse quod Perennius ei insidiaretur, credidit ille virumque illis dedidit. a quibus excruciatus interiit, cum magistratum modestissime et integerrime gessisset. quo amoto caesariani, quorum dux et auctor erat Cleander, nullo facinore abstinuerunt, impune omnia vendentes et nihil non audentes quod superbia et libido suasisset.

Cleander vero a fortuna in altum sublatus et donavit et vendidit senatorias dignitates, expeditiones, praefecturas, provincias, omnia denique. ac nonnulli omnibus suis bonis ordinem senatorium redemerunt:

ἐπρίαντο, ὥστε καὶ λεχθῆναι ἐπὶ Ἰουλίῳ Σόλωνι ἀφανεστάτῳ ἀνδρὶ ὅτι τὴν οὐσίαν ἀφαιρεθεὶς ἐξωρίσθη εἰς τὸ συνέδριον. καὶ P I 599 ὑπάτους εἰς ἕνα ἐνιαυτὸν εἴκοσι καὶ πέντε ἀπέδειξεν, ὃ μήτε πρότερον μήτε ποτὲ ὕστερον ἐγένετο. πάντοθεν οὖν ἀργυρολογῶν ἐκτήσατο πάμπολλα, ἀφ' ὧν πλεῖστα τῷ τε Κομόδῳ ἐδίδου καὶ ταῖς αὐτοῦ παλλακαῖς. καίτοι δ' οὕτως ὑπὸ τῆς τύχης ἀρθεὶς ἀτίμως ἀπώλετο. σιτοδείας γὰρ ἐν Ῥώμῃ συμβάσης πλέον αὐτὴν Παπίριος Διονύσιος ἐπὶ τοῦ σίτου τεταγμένος ἐπέτεινεν, ὡς ἂν τὸν Κλέανδρον οἱ Ῥωμαῖοι μισήσωσί τε καὶ διαφθείρωσιν ὡς αἴτιον τοῦ κακοῦ διὰ κλέμματα. ἤγετο τοίνυν ἱπποδρομία· καὶ B μελλόντων τῶν ἵππων ἀγωνιεῖσθαι εἰσέδραμε παιδίων πλῆθος εἰς τὸν ἱππόδρομον· καὶ τῶν παρθένος τις ἡγεῖτο μεγάλη καὶ βλοσυρά, ἣ δαίμων ἐς ὕστερον ἐνομίσθη. καὶ συνεβόησαν μὲν τὰ παιδία, καὶ ὁ δῆμος ἐκ τούτου ἐξέκραγε καὶ ὥρμησε πρὸς τὸν Κόμοδον ἐν προαστείῳ ὄντα, ἐκείνου μὲν ὑπερευχόμενος, τοῦ Κλεάνδρου δὲ κατευχόμενος· ὁ δὲ στρατιώτας ἔπεμψεν ἐπ' αὐτούς, οἳ καὶ ἔτρωσάν τινας καὶ ἀπέκτειναν, ἀνεῖρξαι δὲ τὸν δῆμον οὐκ ἴσχυσαν· ἀλλὰ τῷ πλήθει θαρρῶν ἢ τῇ τῶν δορυφόρων ἰσχύϊ ἐκεῖνος ἠπείχθη. πλησιαζόντων δὲ οὕτως ὁ Κόμοδος ἔδεισε, δει- C λότατος ὤν, ὡς αὐτίκα τόν τε Κλέανδρον καὶ τὸ παιδίον αὐτοῦ

4 ποτὲ om A. 5 τῷ AC, τό PW. 6 ἀρθῆς καὶ ἀτίμως A. 8 καπίριος A Xiphilinus, Παπείριος PW. 9 κλέαρχον A. διαφθείρωσιν ABC, διαφθείρασιν PW. 10 καὶ μελλόντων τῶν ἵππων ἀγωνιεῖσθαι AB, τῶν ἵππων ἀγωνιεῖσθαι reliquis omissis C, τῶν δ' ἵππων ἀγωνιεῖσθαι μελλόντων PW. 12 καὶ alterum om B. 13 ἢ δαίμων ἐς] ἣ δαίμων ὡς alter Wolfii codex Fuggeranus. 18 ἴσχυσεν AC. ἢ ABC, καὶ PW. 19 ἠπείχθη ἐκεῖνος B.

ut de Iulio Solone homine obscurissimo diceretur, eum bonis ademptis in curiam relegatum esse. consules in unum annum 25 designavit, quod nec ante nec post unquam factum est. itaque pecunia undique colligenda magnas opes est adeptus, de quibus plurima Commodo et eius concubinis donabat. nihilo secius tamen in tanto fortunae fastigio ignominiose periit. nam cum annonae penuria Romae laboraretur, Dionysius Papirius rei frumentariae praefectus eam magis coartavit, ut Cleander tanquam ob furta malorum auctor et invisus populo facilius interiret. ludis igitur circensibus cum equi iam excursuri essent, multitudo puerorum in circum accurrit, quos magna quaedam virgo torvo vultu ducebat, quae dea postmodum credita est: ortoque a pueris clamore populus etiam vociferans ad Commodum in suburbio agentem contendit, et illi bene precatus, Cleandro diras est imprecatus. is milites contra eos misit: qui nonnullos vulneraverunt et occiderunt, populum tamen repellere non potuerunt; sed multitudine fretus vel praetorianorum robore ille instabat. sic turba appropinquante Commodus, homo ignavissimus, ita pertimuit ut Cleandrum et filium eius statim occidi iuberet. puer igitur limini

σφαγῆναι κελεῦσαι. τὸ μὲν οὖν παιδίον προσουδισθὲν διεφθάρη, τὸ δὲ τοῦ Κλεάνδρου σῶμα λαβόντες οἱ Ῥωμαῖοι ἔσυραν καὶ ᾐκίσαντο, καὶ ἡ κεφαλὴ αὐτοῦ ἐπὶ δόρατος περιήνεκτο. καί τινας ἑτέρους τῶν παρὰ τῷ αὐτοκράτορι δυναμένων διέφθειραν.

5. Κόμοδος δὲ ἐφόνα καὶ τοὺς ἐπιφανεῖς ἄνδρας διεχειρίζετο καὶ ἦν Ῥωμαίοις ἅπασι χαλεπώτατος, ἀναγκάζων αὐτῷ ἐξ ἀνάγκης ψηφίζεσθαι ὅσα τῷ πατρὶ αὐτοῦ ἑκόντες δι' εὔνοιαν ἐψηφίζοντο. ἄλλα τε οὖν αὐτῷ πάμπολλα ἐψηφίσθησαν καὶ χρυ- D σοῦς ἀνδριὰς σταθμοῦ χιλίων λιτρῶν. καὶ τοὺς μῆνας πάντας ἀπ' αὐτοῦ κεκλῆσθαι τεθέσπικε· καὶ κατηρίθμηντο οὕτως, Ἀμαζόνιος Ἀνίκητος Εὐτυχὴς Εὐσεβὴς Λούκιος Αἴλιος Αὐρήλιος Κόμοδος Αὔγουστος Ἡράκλειος Ῥωμαῖος Ὑπεραίρων. πάντα γὰρ ταῦτα ἑαυτῷ ἐπέγραφε τὰ ὀνόματα, καὶ τῇ βουλῇ οὕτως ἐπέστελλεν "αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Λούκιος Αἴλιος Αὐρήλιος Κόμοδος Αὔγουστος εὐσεβὴς εὐτυχὴς ἀνίκητος Ῥωμαῖος Ἡρακλῆς ἀρχιερεὺς δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ ὀκτωκαιδέκατον αὐτοκράτωρ τὸ ὄγδοον ὕπατος τὸ ἕβδομον πατὴρ πατρίδος ὑπάτοις στρατηγοῖς P I 600 δημαρχικοῖς γερουσίᾳ Κομοδιανῇ εὐτυχεῖ χαίρειν." καὶ πολλοὺς ἔστησαν αὐτῷ ἀνδριάντας ἐν Ἡρακλέους σχήματι. καὶ τὸν αἰῶνα τὸν κατ' αὐτὸν ἀπ' αὐτοῦ χρυσοῦν ὀνομάζεσθαι καὶ γράφεσθαι

9 χιλίων λιτρῶν AB Xiphilinus, λιτρῶν χιλίων PW. πάντας A Xiphilinus, ἅπαντας PW. 10 οὕτως] ὧδε A. 15 εὐσεβὴς εὐτυχὴς A Xiphilinus ut nummi, Εὐτυχὴς Εὐσεβὴς PW. 19 ἡρακλέους A, Ἡρακλέος PW.

Fontes. *Cap.* 5. *Dionis Historiae Romanae lib.* 72 *c.* 14 — *c.* 22. *Eusebii Historiae ecclesiasticae lib.* 5 *c.* 9 — *c.* 21.

illisus periit: Cleandri vero corpus Romani excarnificatum traxerunt, et caput eius hastae affixum circumtulerunt. sunt et aliquot alii palatini proceres interfecti.

cursata cum Nisibim obsideret, Alexander per legatos pacem ab eo petiit. barbarus vero legatione repudiata quadringentos procerissimos viros pretiosis vestibus amictos et splendidis armis exornatos in equis eximiis ad Alexandrum misit, ea ratione se Alexandro et Romanis terrorem incussurum putans. qui cum in imperatoris conspectum venissent, dixerunt "iubet magnus rex Artaxerxes Romanos cedere Syria et universa Asia quae Europam spectat, et Persis imperium usque ad mare concedere." hos Alexander comprehensos et vestibus atque armis exutos, ademptisque equis in plurimos pagos distributos, agros colere iussit: nam eos occidere nefas esse putabat. ac suis legionibus in tres partes distributis trifariam Persas est adortus: quorum multi sunt occisi. perierunt Romani quoque plurimi, non tam ab hostibus quam in reditu per Armeniae montes: qui cum gelu rigeant, euntium pedes et quorundam manus sunt mutilatae, frigore adustae atque emortuae. qua de causa Romanis conquerentibus Alexander sive ex maerore sive ex aëris mutatione graviter aegrotavit. recuperata valetudine contra Germanos est profectus, eosque per ferentarios et sagittarios vexavit: deinde pe-

βάσεων ἐπὶ χρήμασι. διὸ χαλεπήναντες οἱ στρατιῶται πρὸς ἀποστασίαν ἀπεῖδον. καί τινα Μαξιμῖνον Θρᾷκα τὸ γένος, ἐκ παίδων δὲ ποιμαίνειν λαχόντα καὶ μετὰ ταῦτα στρατιώτην γενόμενον, ἄκοντα δῆθεν λαβόντες ὠνόμασαν αὐτοκράτορα. ὁ δὲ τοὺς ἀνειπόντας αὐτὸν παραλαβὼν ἀπῄει εὐθὺς ὅπου διέτριβεν ὁ Ἀλέξανδρος. ταῦτα δ' ἐκεῖνος πυθόμενος τοὺς μετ' αὐτοῦ στρατιώτας εἰς ἀντίληψιν αὐτοῦ παρεκάλει· οἱ δὲ ἐπηγγέλλοντο. καὶ ἐπιστάντος τοῦ Μαξιμίνου συνήγαγε τὴν στρατιὰν ὁ Ἀλέξανδρος καὶ συμβαλεῖν τοῖς τοῦ Μαξιμίνου ἐπέτρεπεν. οἱ δὲ τήν τε μητέρα
P I 620 αὐτοῦ ἐλοιδόρουν καὶ ἐπὶ φιλοχρηματίᾳ διέσυρον, καὶ εἰς ἐκεῖνον ἐξύβριζον ὡς δειλόν· καὶ καταλιπόντες αὐτὸν ἀνεχώρουν. ὁ δὲ ἔρημον βοηθείας ὁρῶν ἑαυτόν, ἐπανῆλθεν εἰς τὴν σκηνήν, καὶ τῇ μητρὶ περιπλακεὶς ὠλοφύρετο. καὶ ὁ Μαξιμῖνος ἑκατόνταρχον στείλας καὶ αὐτὸν ἀνεῖλε καὶ τὴν μητέρα καὶ τοὺς οἳ συνῆσαν αὐτοῖς, καὶ τῆς βασιλείας γέγονεν ἐγκρατής.

Μαμαία δὲ ἡ Ἀλεξάνδρου μήτηρ ἀρετῆς ἦν ἀντιποιουμένη καὶ βίου σεμνοῦ. ἣ ἐν Ἀντιοχείᾳ συνδιάγουσα τῷ υἱῷ, καὶ περὶ Ὠριγένους πυθομένη, μετεπέμψατο ἐξ Ἀλεξανδρείας αὐτόν· καὶ ὑπ' αὐτοῦ τὸν λόγον κατηχηθεῖσα τῆς πίστεως, θεοσεβεστάτη
B γέγονεν, ὡς ὁ Εὐσέβιος ἱστορεῖ καὶ ἄλλοι δέ τινες τῶν συγγραφέων φασίν. ὅθεν οὐ μόνον ὁ κατὰ χριστιανῶν ἠρέμησε διω-
W II 226 γμὸς τότε, ἀλλὰ καὶ τιμῆς ἠξίωντο μάλιστα οἱ σεβόμενοι τὸν Χριστόν.

20 Εὐσέβιος] Hist. eccl. 6 21. 21 ἠρέμισε A. 22 καὶ τιμῆς — p. 571 v. 1 Οὐρβανοῦ om C.

cunia oblata ad pacem invitavit. quamobrem milites ei irati defecerunt: et Maximinum quendam natione Thracem, qui a puero armentarius fuerat, postea miles factus est, invitum scilicet, ad imperium pertraxerunt. qui iis militibus assumptis, a quibus imperator appellatus fuerat, statim ad Alexandri tentorium contendit. quo is audito, milites quos secum habebat ad sui defensionem hortatus est: qui cum operam suam pollicerentur, exercitum coegit et cum Maximino decertare iussit. caeterum illi matri eius maledicentes, et eius avaritiam criminantes, ipsi quoque ut timido insultantes, eo relicto abierunt. cum igitur se omni ope destitutum cerneret, in tentorium regressus et matrem amplexus fortunam suam deploravit. Maximinus vero per centurionem et ipso et matre et familiaribus eorum occisis rerum potitus est.

Mamaea Alexandri mater virtutis honestaeque vitae studiosa, dum Antiochiae cum filio degeret, Origene, fama hominis permota, Alexandria arcessito, ab eoque doctrina fidei erudita, deum sanctissime coluit, ut Eusebius et alii memoriae prodiderunt. quo factum est ut persecutio Christianorum eo tempore non modo conquiesceret, sed et honos maximus Christi cultoribus haberetur.

Τότε Οὐρβανοῦ τῆς ἐπισκοπῆς τῆς Ῥωμαίων πόλεως προεστῶτος καὶ Ἱππόλυτος ἤνθει, ἀνὴρ ἱερώτατος καὶ σοφώτατος, ἐπίσκοπος τοῦ κατὰ Ῥώμην πόρτου γενόμενος, ὃς καὶ πολλὰ συγγράμματα συνεγράψατο, διάφορα τῆς θείας γραφῆς ἐξηγησάμενος. Ἀντιοχείας δὲ ἦν τηνικαῦτα προεστηκὼς καὶ τὴν ἐκεῖ τῶν πιστῶν ἐκκλησίαν ἰθύνων Ἀσκληπιάδης· καὶ Σαρδιανὸς Ἱεροσολύμων.

16. Καὶ ὁ μὲν Ἀλέξανδρος ἔτη Ῥωμαίων ἡγεμονεύσας C δέκα, ὃν εἴρηται τρόπον ἀνῄρητο· ὁ δὲ Μαξιμῖνος τὴν ἀρχὴν διεδέξατο. ὃς αὐτίκα καὶ διωγμὸν κατὰ τῶν χριστωνύμων ἐπήγειρε, καὶ τοὺς τῶν ἐκκλησιῶν προεστῶτας ἀναιρεῖσθαι κεκέλευκεν ὡς διδασκάλους τοῦ κατὰ Χριστὸν μυστηρίου καὶ κήρυκας. λέγεται δὲ κατὰ μῆνιν τὴν πρὸς Ἀλέξανδρον κινῆσαι τὸν διωγμόν, ὡς ἐκείνου τιμῶντος τοὺς σεβομένους Χριστόν. ἐμεμήνει γὰρ κατ' ἐκείνου τοῦ αὐτοκράτορος, ὅτι στρατηγὸς ὑπ' ἐκείνου προχειρισθεὶς καὶ κατὰ Περσῶν ἐκστρατεύσας καὶ αἴσχιστα ἡττηθεὶς ὀργῆς ἐπειράθη βασιλικῆς. ἦν δὲ τοῦ διωγμοῦ καὶ δεύτερον αἴτιον, ὅτι πολλοὶ κατὰ τὸν Ἀλεξάνδρου οἶκον ἦσαν τὸν Χριστὸν ἐπεγνωκότες θεόν. ὅτε καὶ Ἀμβρόσιος φιλόλογος ἀνήρ, D ὃς τὸν Ὠριγένην ἠρέθισεν εἰς ἐξήγησιν τῆς θείας γραφῆς καὶ δαψιλῆ αὐτῷ ἐχορήγει τὰ ἀναλώματα καὶ ταχυγράφους ἑπτὰ αὐ-

6 καὶ Σαρδιανὸς Ἱεροσολύμων] haec per errorem addita videntur. Sardianum Georgius Syncellus (T. 1 p. 674 ed. Bonn.) appellat quem Eusebius et Zonaras (p. 559 v. 8) Gordium. Gordianus est in Eusebii canone armeniace edito a Maio et Zohrabo p. 387. 9 δέκα] Eusebius τρισὶν ἔτεσιν ἐπὶ δέκα. 10 τῶν om A. 11 διήγειρε A. 20 ὠριγένην πρὸς ἐξήγησιν ἠρέθισε τῆς A.

Fontes. *Cap.* 16. *Eusebii Historiae ecclesiasticae lib.* 6 *c.* 23 *et* 28, *ac fortasse Dio continuatus.*

Sub Urbano Romano episcopo etiam Hippolytus, vir sanctissimus et doctissimus, Romani portus episcopus floruit, qui in multa sacrae scripturae opera commentarios conscripsit. tum Antiochiae praefuit et coetum eius loci fidelium rexit Asclepiades: Hierosolymis Sardianus.

16. Alexandro, cum decennium Romanis imperasset, ad hunc modum interfecto, Maximinus statim suscepto imperio persecutionem contra Christianos movit, et ecclesiarum gubernatores, ut doctores Christianorum arcanorum ac praecones, tolli iussit: idque indignatione contra Alexandrum, qui Christum coluisset, fecisse perhibetur. eius enim imperatoris insano odio flagrabat: a quo dux delectus, et a Persis turpissime superatus, iram illius expertus fuerat. erat et altera persecutionis causa, quod in Alexandri familia multi Christum deum agnoscebant. quo tempore Ambrosius etiam, vir eruditionis amans, qui Originem ad sacrarum litterarum enarrationem impulit sumptibus abunde suppeditatis

τῷ παρεστήσατο ἀμοιβαδὸν τῇ γραφῇ χρωμένους κατὰ τεταγμένους καιροὺς καὶ βιβλιογράφους οὐχ ἧττους κόρας τε καλλιγραφεῖν ἠσκημένας, τῷ τοῦ μαρτυρίου λέγεται κοσμηθῆναι στεφάνῳ, ἅμα Πρωτοκτήτῳ πρεσβυτέρῳ.

Αὐταρχήσας δ' οὗτος ὁ Μαξιμῖνος εὐθὺς ἐπέστειλε τῇ συγκλήτῳ, τὴν ἐκ τῶν στρατευμάτων ἀνάρρησιν ταύτῃ δηλῶν ἑαυτοῦ. οὐ μόνοις δὲ χριστιανοῖς βαρὺς ὑπῆρχε καὶ ἀπηνής, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς ὑπηκόοις. ὑβριστής τε γὰρ ἦν καὶ ἐρασιχρή-
P I 621 ματος, κἀντεῦθεν καὶ ἀδικώτατος καὶ φόνων ἐργάτης καὶ τύραννος ἄντικρυς, χωρήσας εἰς ἁρπαγὰς καὶ ἀναιρέσεις ἀνθρώπων ἐξ οὐδεμιᾶς εὐλόγου λαβῆς. τοσοῦτον δ' εἰς μιαιφονίας ἐξώκειλεν, ὡς μηδὲ τῆς ἰδίας φείσασθαι γυναικός· κἀκείνην γὰρ ἀνεῖλε. τὴν οἰκείαν δ' οἷον ἐπικαλύπτων δυσγένειαν, τοὺς μὲν εὐπατρίδας ἠτίμου, προσῳκειοῦτο δὲ τοὺς ἐξ ἀφανῶν. διὰ ταῦτα τοίνυν ὑπὸ πάντων μεμίσητο. ἐκστρατεύσας δὲ κατὰ Γερμανῶν τὴν χώραν αὐτῶν ἐληΐσατο, τῶν βαρβάρων μηδενὸς ὑποφαινομένου. εἶτα περὶ τὰ ἕλη καὶ τὰς συνεχεῖς ἀνεφάνησαν ὕλας· κἀκεῖ δὲ τῶν Ῥωμαίων εἰσελασάντων πλήθη πολλὰ ἀνῃρέθησαν. καὶ οὕτω
B νικήσας ἐπανῆλθεν ὁ Μαξιμῖνος, αἰχμαλώτων πληθὺν ἐπαγόμενος. πάντα δὲ τὰ τῶν ὑπηκόων σφετεριζόμενος καὶ χρηματιζόμενος πάντοθεν οὐδὲ τῶν ἱερῶν ἀπείχετο. αἰτιωμένων οὖν ξυμπάντων τοὺς στρατιώτας τοὺς αὐτὸν βασιλεύσαντας, οἱ ἐν Λιβύῃ

4 πρωτεκτήτωρ A. 12 ἰδίας] οἰκείας AB.

et septem expeditis notariis adhibitis qui per vices scriberent ac librariis non paucioribus et virginibus eleganter scribere edoctis, martyrii corona cum Protocteto presbytero redimitus esse perhibetur.

Maximinus rerum potitus senatui statim, ut a militibus imperator appellatus esset, significavit. nec in Christianos duntaxat saevus atque immanis exstitit, sed in subditos aeque omnes. nam et superbus erat et pecuniae avidus, eaque de causa iniustissimus et sanguinarius, denique plane tyrannus, ad rapinas et caedes hominum sine ulla probabili causa ruens: ad quas adeo propensus fuit, ut nec uxoris suae vitae parceret. occultandae porro ignobilitatis suae studio, patriciis despectis, hominum obscurorum familiaritate utebatur. quibus de causis omnium odia suscepit. bello Germanis illato praedas ex agris egit, barbarorum nemine in conspectum veniente. deinde circa paludes et perpetuas silvas apparuerunt. quo cum Romani irruissent, magnam eorum multitudinem occiderunt. ita victor Maximinus cum maxima captivorum turba reversus est. sed quia sibi omnia subditorum bona vindicabat, nec ullam pecuniae rapiendae occasionem negligebat, ac ne sacris quidem ipsis abstinebat, omnibus eos milites, a quibus imperator creatus esset, culpantibus, Africanae legiones tum ea de causa tum alia quadam re irri-

στρατευόμενοι ταῦτα μαθόντες πρὸς ἀποστασίαν ἀπεῖδον, καί τινος ἑτέρας αἰτίας ἐρεθισάσης αὐτούς. οἱ γὰρ τῶν τῆς Λιβύης πραγμάτων ἐπίτροποι τῶν ἐν αὐτῇ εὐπορούντων τὰς οὐσίας ἐξ οὐδεμιᾶς εὐλόγου ἀφῃροῦντο λαβῆς καὶ τοὺς κεκτημένους αὐτὰς προσαπώλλυον. ἐντεῦθεν ἀγανακτήσαντες οἱ ἐκεῖ ἐπανέστησαν, καί τινα τῶν ἐκ τῆς βουλῆς ἄνδρα πρεσβύτην κεκλημένον Γορ- C
διανὸν καὶ ἄκοντα κατασχόντες, διάδημά τε τούτῳ περιτιθέασι καὶ πορφύραν ἐνδύουσι καὶ ἀναγορεύουσιν αὐτοκράτορά τε καὶ Αὔγουστον. ὁ δὲ ἐν Καρθαγένῃ παραγίνεται· καὶ αὐτὸν ἀσμένως τῷ πρὸς τὸν Μαξιμῖνον μίσει ἐδέξαντο σύμπαντες. ἐπιστέλλει W II 227
οὖν τῇ βουλῇ, καὶ τοὺς ἀγγελοῦντας τὴν ἀνάῤῥησιν αὐτοῦ τοῖς ἐν τῇ Ῥώμῃ ἀπέστειλε. τῶν δὲ σταλέντων χρονισάντων κατὰ τὸν πλοῦν, καὶ οἱ ἐν τῇ Ῥώμῃ μὴ φέροντες τὴν τυραννίδα τοῦ Μαξιμίνου πρὸς ἀποστασίαν κεκίνηντο καὶ τὰς ἐκείνου εἰκόνας καθῄρουν καὶ τῷ τυράννῳ ἐλοιδοροῦντο. εἶτα γνωσιμαχήσαντες, ὡς εἰ σώζοιτο D
Μαξιμῖνος οὐκ ἔσται σφίσι σωτηρίας ἐλπίς, δύο προβάλλονται στρατηγοὺς Μάξιμόν τε καὶ Ἀλβῖνον, καὶ ἄμφω τῇ βουλῇ συναριθμουμένους. τινὲς δὲ Καίσαρας αὐτοὺς πρὸς τῆς συγκλήτου ἱστόρησαν ἀναγορευθῆναι, μήπω μαθούσης τὴν ἀνάῤῥησιν τοῦ Γορδιανοῦ.

Ὁ δέ γε Μαξιμῖνος ταῦτα μαθὼν ὥρμησεν ἐπὶ Ἰταλίαν, πολλὰ τῇ συγκλήτῳ ἀπειλησάμενος. γνοὺς δὲ τὸν Μάξιμον χωρήσαντα κατ' αὐτοῦ (ὁ γὰρ Ἀλβῖνος εἰς φυλακὴν τῆς Ῥώμης ἔμει-

14 καθῄρουν εἰκόνας A. 15 ἐλοιδόρουν C. 18 συγκλήτου] βουλῆς A. 19 τοῦ om A.

tatae defecerunt. nam Africanarum provinciarum procuratores bona locupletum sine ulla probabili specie invadebant, nec iis contenti ipsos quoque possessores trucidabant. quarum rerum indignitate ad seditionem concitati milites virum senatorii ordinis Gordianum, hominem provectae aetatis, vel invitum rapiunt; impositoque diademate dataque purpura imperatorem et Augustum salutant. qui Carthaginem profectus, et Maximini odio ab omnibus benigne susceptus, litteras legatosque de sua designatione ad senatum mittit. qui cum in navigatione morati essent, Romani tyrannidis Maximini pertaesi defecerunt; et statuis eius eversis convicia in tyrannum iecerunt. deinde cum temeritatis paeniteret, quod Maximino incolumi nulla eis salutis spes relinqueretur, duos ex senatu Maximum et Albinum duces crearunt. quidam etiam Caesares a senatu appellatos esse ferunt, designationem Gordiani adhuc ignorante.

Quibus rebus Maximinus cognitis, minas contra senatum spirans in Italiam contendit. sed ubi Maximum, Albino ad urbis custodiam re-

νεν ἐν αὐτῇ) ἐπὶ Ἀκυλήϊαν ἀπένευσε, Μαυρουσίους ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ, ταύτην σπεύδων προκατασχεῖν. Ἀκυλήϊα δὲ ἡ νῦν Βε-
P I 622 νετία λέγεται εἶναι. ἀλλ' ἀπεκρούσθη, τῶν ἐν αὐτῇ ἀντιταξαμένων αὐτῷ γενναιότερον. ἀποκρουσθεὶς δὲ τῆς Ἀκυληΐας ὁ Μαξιμῖνος καὶ προσβαλὼν τοῖς περὶ τὸν Μάξιμον ἡττήθη. καὶ ἐς τὴν οἰκείαν σκηνὴν ἀνεχώρησε· στασιασάντων δὲ τῶν στρατιωτῶν καὶ τῶν δορυφόρων αὐτοῦ προῆλθε τῆς σκηνῆς μετὰ τοῦ οἰκείου παιδός, ὡς σφίσι διαλεξόμενος. οἱ δὲ αὐτίκα ἐπελθόντες ἀμφοῖν ἀνεῖλον αὐτούς. ἦν δὲ ὁ Μαξιμῖνος ἐτῶν πέντε καὶ ἑξήκοντα, ἀφ' ὧν ἐβασίλευσεν ἕξ. αἱ κεφαλαὶ δὲ τῶν ἀναιρεθέντων τούτων ἐκτμηθεῖσαι τοῖς τε ἐν Ἀκυληΐᾳ ἐπεδείχθησαν καὶ εἰς τὴν Ῥώμην ἐπέμφθησαν. οἱ δ' ἐν τῇ Ῥώμῃ κατὰ τὴν ἀγορὰν τὴν κεφαλὴν τοῦ Μαξιμίνου ἀνεσκολόπισαν, ἵν' εἴη πᾶσι περίοπτος.

B 17. Ἐντεῦθεν ὁ Μάξιμος εἰς τὴν Ῥώμην ἐπανελήλυθε, καὶ ὁ Ἀλβῖνος ὑπηντήκει αὐτῷ, καὶ ὁ δῆμος δὲ καὶ ἡ σύγκλητος σὺν εὐφημίαις καὶ κρότοις αὐτὸν ὑπεδέξαντο· καὶ συνῆρχον ἄμφω, καὶ ἦρχον καλῶς. οἱ δέ γε στρατιῶται ἐδάκνοντο ὅτι οὐκ αὐτοὶ ἀλλ' ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος τοὺς αὐτοκράτορας προεβάλοντο. εἶτα καὶ αὐτοὶ οἱ βασιλεῖς πρὸς ἀλλήλους ἔσχον διαφοράς, καὶ τοῦτ' αἴτιον αὐτοῖς ἀπωλείας ἐγένετο. γνόντες γὰρ οἱ στρατιῶται ὡς διαφέρονται, ἐπῆλθον αὐτοῖς, καὶ ἀμφοτέρους δεσμήσαντες διὰ

3 εἶναι add AC. post αὐτῇ A add δὲ. 4 ὁ Μαξιμῖνος om A. 7 αὐτοῦ δορυφόρων AB. 11 τε om A. ἀπεδείχθησαν A. 15 δὲ om A. 19 τοῦτο BC. 20 ante ἀπωλείας PW add τῆς, om ABC.

Fontes. *Cap.* 17. *Fortasse Dio continuatus. Eusebii Historiae ecclesiasticae lib.* 6 *c.* 23 — *c.* 31.

licto, contra se adventare didicit, Aquileiam, qua potiri in primis studebat, cum exercitu Maurorum declinavit. Aquileia vero dicitur eadem esse quae nunc Venetia. sed civibus fortiter se defendentibus ab urbe repulsus et a Maximo acie victus in suum tabernaculum rediit; ortoque inter ipsius satellites et milites tumultu egressus, ut eos alloqueretur, impetu illorum una cum filio, quem secum adduxerat, est occisus: natus annos quinque et sexaginta, quorum sex imperavit. amborum capita amputata Aquileiensibus ostentata Romamque missa sunt. Romani vero Maximini caput in foro palo affixerunt, ut omnibus conspicuum esset.

17. Post haec Maximus Romam reversus, Albino obviam egresso, a senatu populoque cum laetis acclamationibus et plausu est susceptus. inde ambo una, et quidem bene imperarunt. sed milites aegre ferebant eos non a se sed a senatu populoque declaratos esse. post ipsi etiam imperatores inter se dissentientes exitio suo causam praebuerunt. nam ea dissensione milites cognita, ambos vinculis constrictos per totam ur-

πάσης τῆς πόλεως αὐτοὺς περιήγαγον ἐμπαροινουμένους τε καὶ ἐμπαιζομένους ἀλλὰ μὴν καὶ αἰκιζομένους. εἶτα πυθόμενοι ὡς οἱ Γερμανοὶ ἀφελέσθαι αὐτοὺς καὶ περισῶσαι βούλονται, ἵνα μὴ τοῦτο γένηται ἀπέκτειναν αὐτούς. ὧν ὁ μὲν Μάξιμος ἐτῶν ἦν ἑβδομήκοντα καὶ τεσσάρων, ὁ δὲ Ἀλβῖνος ἑξήκοντα· καὶ ἐβασίλευσαν C κατὰ τινὰς μὲν ἡμέρας δύο καὶ εἴκοσι, καθ' ἑτέρους δὲ οὐχ ὅλους μῆνας τρεῖς.

Μετὰ δὲ τούτους οἱ μὲν Πομπηϊανόν τινα συγγεγράφασι τὴν Ῥωμαίων ἐσχηκέναι ἀρχήν, ταχύτατα δ' ἐκπεπτωκέναι αὐτῆς, ὡς ἐν ὀνείρῳ τῆς ἐξουσίας ἀπολαύσαντα (οὔπω γὰρ δύο παρεληλυθέναι μῆνας, καὶ στερηθῆναι αὐτὸν πρὸς τῇ μοναρχίᾳ καὶ τῆς ζωῆς ἀναιρεθέντα· παρὰ τίνων δὲ καὶ διὰ τίνα αἰτίαν, μὴ εὑρηκώς, παρεσιώπησα καὶ αὐτός), οἱ δ' ἕτερόν τινα. μεθ' ὃν Πούπλιον ἀντεισαχθῆναι Βαλβῖνον ἱστόρησαν· καὶ μικρόν τι κἀκεῖνον τῆς αὐταρχίας ἀπογευσάμενον (ἐπὶ τρισὶ γὰρ μησὶν αὐτῷ τὴν ἀρχὴν περιγράφουσιν) ἀναιρεθῆναι κἀκεῖνον, ἄρτι καταλαβόντος ἐκ Λιβύης Γορδιανοῦ, ὃς ἐκεῖ, ὡς ἤδη μοι ἐρρήθη, προανηγόρευτο. D τὸν δὲ Γορδιανὸν τῆς Ῥώμης ἐπιβεβηκότα νοσῆσαι, τὸ μὲν ὅτι ὑπέργηρως ἦν (ἑβδομήκοντα γὰρ καὶ ἐννέα ἐβίω ἐνιαυτούς), τὸ δ' ὅτι χρονοτριβήσας ἐν τῇ θαλάσσῃ κατὰ τὸν πλοῦν πάνυ τεταλαιπώρητο, καὶ ἐκ τῆς νόσου ταύτης ἐκλελοιπέναι, μόνας εἴκοσι καὶ δύο ἡμέρας ἐν ταύτῃ διαγαγόντα· καὶ σχεῖν ἐπὶ τῇ βασιλείᾳ διάδοχον τὸν οἰκεῖον υἱόν, Γορδιανὸν κἀκεῖνον καλούμενον W II 228 καὶ ὁμωνυμοῦντα τῷ οἰκείῳ πατρί.

2 ἐμπαιζομένους] ὑβριζομένους B. 8 δὲ A. κομπιανόν BC: Cedrenus I 451 5 ed. Bonn. Πουπλιανὸν pro Πουπιηνόν. cf. annot. 13 οἱ δ' ἕτερόν τινα add AC.

bem per ludibrium et contumeliam nec sine verberibus circumduxerunt. deinde cum audivissent Germanos eripere et conservare illos velle, utrumque occiderunt. quorum Maximus annos 74, Albinus 60 natus erat. imperarunt vel, ut nonnulli auctores sunt, dies 22, vel, ut alii tradunt, non tres menses integros.

Post hos quidam Pompeianum rerum potitum esse tradunt, sed imperio vix per somnium degustato celerrime excidisse. priusquam enim duo menses elaberentur, una cum imperio vita etiam privatum esse: a quibus autem et quibus de causis, cum scriptum non invenerim, silentio et ipse praeterii. sunt et qui alium eius loco nominent. ei P. Balbinum successisse tradunt: qui, cum per tres menses imperii fructum brevem percepisset, in Gordiani designati imperatoris (ut dictum est) ex Africa adventu occisus fuerit. Gordianum vero, cum Romam venisset, aegrotasse, partim ob extremam aetatem (annos enim 79 habebat), partim quod ex longiore navigationis vexatione afflictus esset; et obiisse 22 duntaxat diebus in imperio exactis, filiumque Gordianum successorem reliquisse.

Οἱ μὲν οὖν οὕτω παρηκολουθηκέναι ταῦθ' ἱστορήκασιν, οἱ δὲ τῷ πρεσβύτῃ Γορδιανῷ ἀναρρηθέντι κατὰ Λιβύην φασὶν αὐτοκράτορι ἐπαναστῆναί τινας, καὶ μάχης συγκροτηθείσης ἡττη- P I 623 *θῆναι τοὺς τοῦ Γορδιανοῦ, καὶ πολλοὺς αὐτῶν ἀλλὰ μὴν καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἀναιρεθῆναι· τὸν δὲ ὑπεραλγήσαντα ἀπάγξασθαι καὶ οὕτως ἑαυτὸν τῆς ζωῆς ὑπεξαγαγεῖν.*

Οἱ δὲ τῷ υἱῷ ἐκείνου τῷ νέῳ Γορδιανῷ τὴν τῶν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν μετὰ τὸν ἐκ νόσου θάνατον τοῦ πρεσβυτέρου Γορδιανοῦ προσκληροῦντες, κατὰ Περσῶν αὐτὸν γεγράφασιν ἐκστρατεύσαντα καὶ συμβαλόντα αὐτοῖς κἀν τῇ μάχῃ τὸν ἵππον ἐλαύνοντα καὶ τοὺς οἰκείους παραθαρρύνοντα καὶ πρὸς ἀλκὴν ἐπαλείφοντα, ὀλισθήσαντος δὲ τοῦ ἵππου καὶ συμπεσόντος αὐτῷ, τὸν μηρὸν κατεαγῆναι, καὶ οὕτως ἀνακομισθῆναι εἰς Ῥώμην, καὶ ἐκ τοῦ κατάγματος τελευτῆσαι, ἐπὶ ἓξ ἐνιαυτοὺς αὐταρχήσαντα.

B *Οὐρβανὸς δὲ ὁ τῆς Ῥώμης ἀρχιερεὺς ἔτεσιν ἀρχιερατεύσας ὀκτὼ τοῦ Μαξιμίνου βασιλεύοντος ἀπεβίω· ὃν Ποντιανὸς διεδέξατο. τῆς δ' Ἀντιοχέων ἐκκλησίας μετὰ Φιλητὸν προέστη Ζεβῖνος. ἐπὶ δέ γε Γορδιανοῦ τοῦ νέου ὁ τῶν ἐν Ῥώμῃ πιστῶν προεστηκὼς Ποντιανὸς μεταλλάξας τὸν βίον ἔσχε διάδοχον τὸν Ἀντέρωτα, ἐν ἓξ ἔτεσι τῇ λειτουργίᾳ ἐσχολακώς. ὁ δέ γε Ἀντέρως ἐπὶ βράχιστον πάνυ καιρὸν τὴν ἐκκλησίαν ἰθύνας πρὸς ἄλλην ζωὴν μετελήλυθε. μεθ' ὃν Φλαβιανὸς θείᾳ ψήφῳ τῆς ἀρχιερωσύνης τετύχηκεν, ὡς ἱστόρησεν ὁ Εὐσέβιος. λέγεται γὰρ τῶν*

2 αὐτοκράτορι φασὶν A. 4 αὐτῶν] αὐτοῦ A. 5 post ὑπεραλγήσαντα A add διὰ τοῦτο. ἀπάγξασθαι AC, ἀπάγξεσθαι PW. 8 μετὰ τὸν — Γορδιανοῦ om A. πρεσβύτου C. 22 sq. Φαβιανὸς Eusebius. 23 ἱστορεῖ A. Εὐσέβιος] Hist. eccl. 6 29.

Atque alii haec ita consecuta esse tradunt: alii scribunt, quosdam Gordiano in Africa imperatori appellato seditionem movisse, et Gordiani milites succubuisse; multisque caesis, atque ipso Gordiani filio, senem prae doloris impatientia laqueo vitam finivisse.

Alii, qui iuniori Gordiano post patris obitum ex morbo imperium attribuunt, eum Persis intulisse bellum ferunt; dumque in pugna equo incitato aciem circumvolitans suos ad rem strenue gerendam cohortatur, ex equi lapsu femore fracto Romam perlatum decessisse, cum sex annos imperasset.

Urbanus Romano pontificatu annis octo functus Maximino imperante obiit, Pontiano successore: Antiochenae ecclesiae post Philetum Zebinus praefuit. sub Gordiano filio, Pontiano Romano pontifici sexto ministerii anno defuncto successit Anteros, ac paulo post in aliam vitam migravit. post quem Flavianus divino suffragio, ut narrat Eusebius,

πιστῶν ἀθροισθέντων, ὥστε τὸν μέλλοντα τῆς ἐπισκοπῆς προστῆναι παρ' αὐτῶν ἐκλεγῆναι, παρεῖναι καὶ τὸν Φλαβιανὸν ἄρτι ἥκοντα ἐξ ἀγροῦ· μὴ μέντοι παρά του λόγον γενέσθαι περὶ αὐτοῦ C ὡς προστησομένου τῆς ἐκκλησίας, ἀλλ' ἑτέρους εἶναι περὶ ὧν ἦν τοῖς συνειλεγμένοις φροντὶς τίς ἂν προκριθείη αὐτῶν. ἐν τοσούτῳ δὲ περιστερὰν καταπτῆναι καὶ ἐφιζῆσαι τῇ τοῦ Φλαβιανοῦ κεφαλῇ· κἀντεῦθεν ἅπαντας τοὺς ἠθροισμένους ἐκεῖ μιᾷ χρήσασθαι φωνῇ ὥσπερ ἀπὸ συνθήματος, καὶ "ἄξιος" ἐπιβοῆσαι αὐτῷ, καὶ τῷ τῆς ἀρχιερωσύνης θρόνῳ τὸν ἄνδρα προσενεγκεῖν μηδέν τι μελλήσαντας. τότε καὶ ὁ τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ τῶν πιστῶν ἐκκλησίας προεστηκὼς Ζεβῖνος τὸν βίον λιπὼν ὑπὸ Βαβύλα διαδέχεται. Ὠριγένης δὲ κατὰ τὴν ἐν Παλαιστίνῃ διατρίβων τηνικαῦτα Καισάρειαν πολλοὺς μὲν καὶ πολλαχόθεν ἐκέκτητο φοιτητάς, εἶχε δὲ D καὶ τὸν μέγαν Γρηγόριον τὸν θαυματουργὸν καὶ τὸν τούτου ὁμαίμονα Ἀθηνόδωρον τῶν ἑαυτοῦ λόγων ἀκροατάς. τότε δὲ καὶ Ἀφρικανὸς ὁ συγγραφεὺς ἐγνωρίζετο.

18. Μετὰ δὲ τὸν νέον Γορδιανὸν ἕτερος αὖθις Γορδιανὸς τῆς ἀρχῆς ἐπελάβετο, κατὰ γένος, ὡς λόγος, προσήκων τοῖς ἀπελθοῦσι Γορδιανοῖς. ὃς ἐκστρατεύσας εἰς Πέρσας καὶ πολεμήσας αὐτοῖς, Σαπώρου τοῦ υἱοῦ Ἀρταξέρξου τοῦ ἔθνους ἡγεμονεύοντος, ἥττησέ τε τοὺς ἐναντίους, καὶ Νίσιβιν καὶ Κάρρας Ῥωμαίοις αὖθις ἐπανεσώσατο, ὑπὸ Περσῶν ἐπὶ Μαξιμίνου ὑφαρπασθείσας.

7 τοὺς om A. χρήσασθαι φωνῇ A, φ. χ. PW. 22 ἐπὶ] ὑπὸ A.

Fontes. *Cap. 18. Fortasse Dio continuatus.*

episcopatum est adeptus. fertur enim fidelibus deligendi pontificis causa congregatis Flavianum quoque recens ex agro advenisse, neque ab ullo mentionem esse factam quasi is ecclesiae praefuturus esset, sed concilium curasse quemnam ex aliis anteferret. interea columbam advolantem capiti illius insedisse. atque inde omnes veluti signo dato una voce exclamasse, eum dignum pontificatu: ac citra nllam cunctationem in throno collocatum esse. tum Zebino quoque Antiochiae defuncto successit Babyla. Origenes vero sub id tempus Caesareae Palaestinae degens, praeter alios qui undique confluxerant, etiam magnum Gregorium, mirificum illum, auditorem habuit, et fratrem eius Athenodorum. tum quoque Africanus historicus noscebatur.

18. Post Gordianum iuniorem alius Gordianus, defunctis, ut fertur, genere coniunctus, imperium suscepit. is contra Persas profectus, Sapore Artaxerxis filio regnante, hostibus acie superatis Nisibim et Carras recuperavit, a Persis Maximino imperante Romanis ereptas. de-

εἶτα πρὸς Κτησιφῶντα γενόμενος ἐξ ἐπιβουλῆς Φιλίππου τοῦ ἐπάρχου τοῦ δορυφορικοῦ ἀνῃρέθη. οὗτος γὰρ ὁ Γορδιανὸς ἄρξας ἔπαρχον τὸν οἰκεῖον προεχειρίσατο πενθερὸν Τιμησοκλέα καλού-
P I 624 μενον. μέχρι μὲν οὖν περιῆν οὗτος, καλῶς εἶχε τὰ τῆς ἐξουσίας τῷ αὐτοκράτορι καὶ κατὰ ῥοῦν ἐφέρετό οἱ τὰ πράγματα, Τιμησοκλέους δὲ τελευτήσαντος Φίλιππος προκεχείριστο ἔπαρχος. καὶ στασιάσαι τοὺς στρατιώτας βουλόμενος τὰς αὐτῶν σιτήσεις ἠλάττωσεν, ὡς τάχα τοῦτο κεκελευκότος τοῦ αὐτοκράτορος. οἱ δέ φασιν ὅτι τὸν σῖτον ἐπέσχε τὸν εἰς τὸ στρατόπεδον κομιζόμενον, ὥστε τοὺς στρατιώτας ἐνδείᾳ πιέζεσθαι, κἀντεῦθεν αὐτοὺς πρὸς στάσιν ἐρεθισθῆναι. στασιάσαντες δὲ κατὰ τοῦ αὐτοκράτορος
W II 229 ἐπανέστησαν ὡς αἰτίου αὐτοῖς γεγονότος λιμοῦ, καὶ ἐπελθόντες αὐτῷ ἀπέκτειναν αὐτόν, ἐπὶ ἐνιαυτοὺς ἡγεμονεύσαντα ἕξ. καὶ αὐτίκα ὁ Φίλιππος ἐπεπήδησε τῇ ἀρχῇ. ὡς δ' ἀπηγγέλη τῇ
B γερουσίᾳ ἡ τοῦ Γορδιανοῦ σφαγή, ἕτερον αὐτοκράτορα διήγειρεν αὐτὴν προχειρίσασθαι. καὶ ἀνεῖπεν αὐτίκα Καίσαρα Μάρκον τινὰ φιλόσοφον. ὁ δὲ πρὶν ἐρεῖσαι τὸν πόδα τῇ αὐταρχίᾳ θνήσκει αἰφνίδιον ἐν τῷ παλατίῳ διάγων. τοῦ δὲ θανόντος κρατεῖ τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας Σευῆρος Ὁστιλιανός. ἀλλὰ καὶ οὗτος οὔπω σχεδὸν ταύτης ἐπειλημμένος ἀπέτισε τὸ χρεών· νοσήσας γὰρ καὶ φλεβοτομηθεὶς ἐτελεύτησεν.

3 Τιμησοκλέα] qui Zosimo Τιμησικλῆς, Iulio Capitolino Misitheus. 4 οὗτος] ἐκεῖνος A. τὰ om B. 7 σιτίσεις B. 8 τοῦτο τάχα AB. 9 νομιζόμενον A. 13 αὐτῷ om A. 14 ὁ φίλιππος αὐτίκα AB. 19 ὀστιλιανός C, ὁ στυλιανος B, ὁ Στιλιανός PW, om A. 20 οὔπω A, οὕτω PW.

inde Ctesiphontem profectus insidiis Philippi praefecti praetorio periit. nam cum rerum potitus esset, Timesoclem socerum praefectum praetorio designavit. eoque superstite res imperii bene se habuerunt prospereque successerunt: eo vero defuncto Philippus praefectus designatus, ut seditionem concitaret, stipendia militum minuebat, quasi id iussisset imperator. alii frumentum, quod in castra perferendum esset, eum inhibuisse ferunt: itaque milites commeatus penuria laborantes contra imperatorem tanquam famis causam insurrexisse. quem sexto imperii anno occiderunt. Philippus vero statim summam rerum arripere studebat. nuntiata Gordiani caede a senatu Marcus quidam philosophus statim Caesar renuntiatus est: qui ante firmatum imperium in palatio repente obiit. eo mortuo rerum potitus Severus Hostilianus, et ipse fere priusquam habenas imperii capesseret, vena propter morbum incisa, naturae debitum persolvit.

19. Ἐπανελθὼν οὖν ὁ Φίλιππος ἐγκρατὴς ἐγένετο τῆς τῶν Ῥωμαίων ἀρχῆς. ἐν δὲ τῷ ἐπανιέναι τὸν υἱὸν Φίλιππον κοινωνὸν τῆς βασιλείας προσείλετο. σπονδὰς δὲ πρὸς Σαπώρην θέμενος τὸν τῶν Περσῶν βασιλεύοντα, τὸν πρὸς Πέρσας κατέλυσε πόλεμον, παραχωρήσας αὐτοῖς Μεσοποταμίας καὶ Ἀρμενίας. γνοὺς C δὲ Ῥωμαίους ἀχθομένους διὰ τὴν τῶν χωρῶν τούτων παραχώρησιν, μετ᾽ ὀλίγον ἠθέτησε τὰς συνθήκας καὶ τῶν χωρῶν ἐπελάβετο. ἦν δὲ ὁ Σαπώρης, ὥσπερ ἱστόρηται, ὑπερμεγέθης τὸν ὄγκον τοῦ σώματος, καὶ οἷος οὔπω τότε ὤφθη ἀνήρ.

Ἐπαναζεύξας δὲ ὁ Φίλιππος εὐμενὴς ἦν τοῖς χριστιανοῖς, μάλιστα δὲ κατὰ ἐνίους καὶ προσετέθη τῇ πίστει Χριστοῦ, ὥστε καὶ εὐχῶν ἐπ᾽ ἐκκλησίας κοινωνῆσαι χριστιανοῖς καὶ ἀσμένως ἐξαγορεῦσαι ὅσα οἱ ἡμάρτητο. οὐ γὰρ ἄλλως εἰς κοινωνίαν παρὰ τοῦ προεστῶτος τῆς ἐκκλησίας ἐδέχετο, εἰ μὴ ἐξομολογήσεται καὶ τοῖς αἰτοῦσι μετάνοιαν ἑαυτὸν καταλέξει· κἀκεῖνον λέγεται πειθ- D αρχῆσαι. φασὶ μέντοι τινὲς τοῦτον εἶναι τὸν πατέρα τῆς μάρτυρος Εὐγενίας· ἀλλὰ περὶ τὴν δόξαν ταύτην πεπλάνηνται. ἔπαρχος μὲν γὰρ κἀκεῖνος γενέσθαι ἱστόρηται, ἀλλ᾽ Αἰγύπτου, καὶ οὐ τοῦ δορυφορικοῦ· καὶ μετὰ τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν ἐκεῖνος παραιτησάμενος τὴν ἀρχήν, ὑπὲρ τῆς εἰς Χριστὸν ὁμολογίας ἠνδρίσατο καὶ μαρτυρίῳ κεκόσμηται.

1 Φίλιππος] "alter codex addit ἐκ τῆς στρατείας" Wolfius. "at desunt in Reg. et Colbert." Ducangius. τῶν om A. 8 ὥσπερ] ὡς A. 11 μάλιστα δὲ — 12 χριστιανοῖς om A. 18 γὰρ om A.

Fontes. *Cap.* 19. *Fortasse Dio continuatus. Eusebii Historiae ecclesiasticae lib.* 6 *c.* 34.

19. Philippus reversus imperium Romanum occupavit, Philippo filio in via collega adscito. cum Sapore Persarum rege pacem fecit, Mesopotamia et Armenia concessis. sed cum Romanos earum provinciarum iacturam graviter ferre intellexisset, paulo post pace abrogata eas defendendas suscepit. fuit autem Sapores, ut ferunt, tanta mole corporis, quanta eo tempore visa nondum fuit.

Philippus a bello Persico reversus erga Christianos bene affectus fuit; ac potius auctores quidam sunt, eum Christianam fidem amplexum in ecclesia communia cum Christianis vota fecisse, et peccata sua non gravatim confessum esse. nam cum a praeposito ecclesiae ad communionem non admitteretur, nisi confiteri vellet et nomen suum inter paenitentes profiteri, haud recusasse. qui vero eum martyris Eugeniae patrem esse tradunt, errant. nam is quidem et ipse praefectus fuisse narratur, sed Aegypti, non praetorio; ac post Christianam fidem posito magistratu Christum fortiter professus ac martyrii corona ornatus est.

Οὗτος δ' ὁ αὐτοκράτωρ Φίλιππος πρὸς Σκύθας ἀράμενος πόλεμον εἰς Ῥώμην ἐπανῆλθεν. ἐν δὲ Μυσοῖς Μαρῖνός τις ταξιάρχης ὢν παρὰ τῶν στρατιωτῶν βασιλεύειν ᾑρέθη. καὶ διὰ τοῦτο ὁ Φίλιππος τεθορύβητο, καὶ τῇ συγκλήτῳ διειλέχθη περὶ τῆς
P I 625 *στάσεως. τῶν ἄλλων δὲ σιωπώντων ὁ Δέκιος μὴ δεῖν φροντίζειν εἶπεν αὐτῷ περὶ τοῦ Μαρίνου, ὡς παρ' αὐτῶν ἀναιρεθησομένου τῶν στρατιωτῶν, οἷα ἀναξίου τῆς βασιλείας τυγχάνοντος. ὃ μετ' ὀλίγον κατὰ τὴν ἐκείνου γέγονε πρόρρησιν. θαυμάσας οὖν ὁ Φίλιππος διὰ τοῦτο τὸν Δέκιον, ἀπελθεῖν προετρέπετο εἰς Μυσίαν καὶ κολάσαι τοὺς αἰτίους τῆς στάσεως. ὁ δὲ τὴν ἀποστολὴν παρῃτεῖτο, λέγων μήθ' ἑαυτῷ μήτε τῷ στέλλοντι συμφέρειν αὐτὸν ἐκεῖ ἀπελθεῖν. ὁ δὲ Φίλιππος καὶ ἔτι ἐνέκειτο. κἀκεῖνος καὶ ἄκων ἀπῄει· καὶ ἀπελθόντα εὐθὺς αὐτὸν οἱ στρατιῶται βασιλέα εὐφήμησαν. τοῦ δὲ ἀπαναινομένου, τὰ ξίφη σπασάμενοι δέξασθαι αὐτὸν ἠνάγκασαν τὴν ἀρχήν. γράφει οὖν ἐκεῖθεν τῷ Φιλίππῳ μὴ ταραχθῆναι· εἰ γὰρ ἐπισταίη τῇ Ῥώμῃ, ἀποθήσεται*
B *τὰ τῆς βασιλείας παράσημα. ἀλλ' ἀπιστήσας τούτῳ ὁ Φίλιππος ἐξεστράτευσε κατ' αὐτοῦ· καὶ συμβαλὼν τοῖς τοῦ Δεκίου ἔπεσεν ἐν τοῖς πρώτοις ἀγωνιζόμενος· σὺν αὐτῷ δὲ καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἀνῄρητο Φίλιππος. ὧν θανόντων τῷ Δεκίῳ ξύμπαντες προσεχώρησαν. ἐβασίλευσε δὲ κατὰ μέν τινας πέντε ἐνιαυτούς, καθ' ἑτέρους δὲ ἓξ ἐπὶ τοσούτοις μησίν. ὥρμητο δ' ἐκ Βόστρων, ὅπου καὶ πόλιν βασιλεύσας ἐπώνυμον ἑαυτῷ ἐδομήσατο, Φιλιππούπολιν ὀνομάσας αὐτήν.*

1 οὗτος BCW, *Οὗτως* P. φίλιππος ABC, ὁ Φίλιππος PW. 19 τοῖς om A. καὶ om A. 22 τοσούτοις μησίν A, τοσούτους μῆνας PW.

Hic autem Philippus imperator cum suscepto adversus Scythas bello Romam rediisset, Marinus quidam ordinum ductor a militibus in Moesia imperator est delectus. qua seditione turbatus cum apud senatum verba faceret, caeteris tacentibus, de Marino ei non laborandum esse dixit Decius, quod, ut homo regno indignus, ultro a militibus occidendus esset: idque ut ille praedixerat, paulo post accidit. qua de causa Philippus Decium admiratus in Moesiam abire et seditionis auctores punire iussit. is vero eam legationem, quod nec sibi neque mittenti futura esset utilis, deprecatus, tamen urgente Philippo abiit invitus, et a militibus statim strictis ensibus accipere imperium, quantumvis recusaret, coactus, Philippo scribit ne turbetur: se enim, ubi Romam venerit, positurum esse insignia imperii. quod Philippus non credens bellum ei intulit: commissoque praelio in prima acie dimicans una cum filio Philippo cecidit. quibus sublatis universi se ad Decium contulerunt. regnavit autem, ut quidam tradunt, annos quinque, ut alii, sex et totidem menses. fuit Bostris oriundus: ubi, regno potitus, Philippopolim de suo nomine condidit.

20. Ὁ γε μὴν Δέκιος πάντων, ὡς εἴρηται, τῶν στρατευ- W II 230 μάτων προσχωρησάντων αὐτῷ εἰς τὴν Ῥώμην ἐπανελήλυθε καὶ τῆς ἡγεμονίας γέγονεν ἐγκρατής. ἀποσκοπήσας δὲ πρὸς τὸν τῆς ἐξουσίας ὄγκον καὶ τὴν τῶν πραγμάτων οἰκονομίαν, ὡς ἔνιοι λέ- C γουσι, τὸν Βαλεριανὸν ἐπὶ τῇ τῶν πραγμάτων διοικήσει προσείλετο. καὶ αὐτίκα ἀλλήλους εἰς θεομαχίαν παρακροτήσαντες, διωγμὸν ἐπήγειραν κατὰ τῶν χριστωνύμων σφοδρότατον. εἰσὶ δ' οἵ καὶ δι' ἔχθος τὸ πρὸς τὸν Φίλιππόν φασι τοῖς χριστιανοῖς ἐπιθέσθαι τὸν Δέκιον, οἷα παρ' ἐκείνου σεβαζομένοις. ἐμεμήνει γοῦν κατὰ τῶν πιστῶν. ὅτε καὶ Φλαβιανὸς ὁ τῆς ἐν Ῥώμῃ προϊστάμενος ἐκκλησίας ἔτυχε τέλους μαρτυρικοῦ, καὶ Βαβύλας ὁ τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ πιστῶν τὴν ἐκκλησίαν διέπων, καὶ Ἀλέξανδρος ὁ τῶν Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπος, ὃς οὐ τότε πρώτως ὑπερήθλησε τῆς εἰς τὸν σωτῆρα κύριον πίστεως, ἀλλὰ καὶ πρώην, ὡς ἤδη προείρηται, καὶ τότε δὲ καθειρχθεὶς κατὰ τὸ δεσμωτήριον τελευτᾷ. ἀλλὰ D καὶ ὁ μέγας Κυπριανὸς τῆς Καρθαγένης ἐπίσκοπος ὢν τηνικαῦτα τῆς εἰς Χριστὸν ὑπερήθλησε πίστεως. τῶν οὖν εἰρημένων ἀρχιερέων μετηλλαχότων τὸν βίον, ἐν μὲν Ῥώμῃ ἀντὶ Φλαβιανοῦ Κορνήλιος ἐπεσκόπησεν, ἐν Ἀντιοχείᾳ δὲ ἀντὶ Βαβύλα Φλαβιανός, καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Διονύσιος, ἐν δ' Ἱεροσολύμοις ἀντὶ Ἀλεξάνδρου Μαζαβάνης· καὶ ἄλλοι δὲ πλεῖστοι μαρτυρίου τότε κατηξιώθησαν.

7 *εἰσὶ δ' οἵ*] ex. gr. Eusebius Hist. eccl. lib. 6 cap. 39. 10 *Φλαβιανὸς*] qui *Φαβιανὸς* Eusebio. 14 *κύριον*] *χριστὸν* per compendium B. *προείρηται*] p. 559 v. 10. 18 *μεταλλαχότων* C. *Φαβιανοῦ* Eusebius. 19 *ἐν*] *καὶ ἐν* A. *Φλαβιανός*] *Φάβιος* Eusebius. 21 *τότε μαρτυρίου* AB.

Fontes *capitis* 20 *certo indicari nequeunt, praeter Eusebii Hist. eccles. lib.* 6 *c.* 39 43 44.

20. Enimvero Decius omnibus legionibus acceptis Romam profectus imperium firmavit. atque eius amplitudine ac negotiorum multitudine considerata, ut quidam aiunt, Valerianum collegam adscivit. et uterque alterum cohortatus persecutionem atrocissimam contra Christianos instituerunt. sunt qui dicant, Philippi odio, Christianorum cultoris, Decium nostros persecutum esse. ut ut est, contra fideles profecto insaniit. eo tempore Flavianus ecclesiae Romanae episcopus martyrio vitam finiit. item Babylas Antiochenus et Alexander Hierosolymitanus episcopus, qui non tum primum pro Christiana fide decertavit, sed prius etiam, ut iam expositum est: tum vero in carcere obiit. sed et magnus Cyprianus, Carthaginiensis episcopus, pro Christiana fide certavit. his igitur pontificibus defunctis, Romae Flaviano Cornelius, Antiocheno Babylae Flavianus, Alexandriae Dionysius, Hierosolymis Alexandro Mazabanes successit. sed et alii plurimi martyrii dignitate sunt ornati.

Τότε καὶ Ὠριγένης παρήχθη μὲν εἰς βῆμα τυραννικὸν ὡς σεβόμενος τὸν Χριστόν, οὐκ ἔτυχε δὲ τέλους μαρτυρικοῦ, οἶμαι τοῦ θεοῦ ταύτης αὐτὸν μὴ κρίναντος ἄξιον διὰ τὸ περὶ τὰ ὀρθόδοξα δόγματα τοῦ ἀθλίου ἐκείνου διάστροφον. λειποτακτεῖ γάρ, P I 626 καὶ ταῦτα μετὰ πεῖραν βασάνων. οὗτος, ὡς ἔμπροσθεν εἴρηται, μέγας ἐν λόγοις γενόμενος κἀντεῦθεν ὑπερφρονήσας καὶ ἀλαζονευσάμενος, οὐ τοῖς τῶν πρὸ αὐτοῦ πατέρων ἱερῶν ἠκολούθησε δόγμασιν, ἀλλ' ἑαυτῷ θαρρήσας καινῶν δογμάτων εἰσαγωγεὺς ἐχρημάτισε, καὶ βλασφημίας εἴς τε τὴν ἁγίαν τριάδα καὶ εἰς τὴν θείαν ἐνανθρώπησιν ἐκ τοῦ πονηροῦ θησαυροῦ τῆς καρδίας αὐτοῦ ἐξηρεύξατο, καὶ πάσης σχεδὸν αἱρέσεως ἐγένετο ἀρχηγός. τόν τε γὰρ μονογενῆ τοῦ θεοῦ υἱὸν κτιστὸν ἐδογμάτισε, καὶ τῆς δόξης B αὐτὸν ἠλλοτρίου καὶ τῆς οὐσίας τῆς πατρικῆς· καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ὑπεβίβαζε τῆς τοῦ πατρὸς ἀξίας καὶ τῆς τοῦ υἱοῦ, λέγων ὡς οὔτε τὸν πατέρα δύναται ὁρᾶν ὁ υἱὸς οὔτε μὴν τὸν υἱὸν τὸ πνεῦμα, ὥσπερ οὐδὲ οἱ ἄγγελοι τὸ πνεῦμα οὔτε τοὺς ἀγγέλους οἱ ἄνθρωποι. αὗται μὲν αἱ περὶ τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου τριάδος βλασφημίαι τοῦ Ὠριγένους· περὶ δέ γε τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ ἐβλασφήμει, δυσσεβῶς εἰσάγων μὴ σάρκα ἐψυχωμένην ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου λαβεῖν τὸν Χριστόν. ἡνῶσθαι γὰρ ἐμυθεύετο τὸν μονογενῆ τοῦ θεοῦ υἱὸν πρὸ καταβολῆς κόσμου τῷ νῷ, ὃν ἀνέπλαττεν ἐκεῖνος ἐκλελεγμένον καὶ κλόνον οὐχ ὑπο- C στάντα, καὶ σὺν τούτῳ ἐπ' ἐσχάτων ἐνανθρωπῆσαι καὶ σάρκα

3 ὀρθὰ A. 9 εἰς ante τὴν θ. add AB. 14 τῆς alterum add AB. 18 τοῦ prius add AB. 19 ἐμψυχωμένην B. 20 τῆς παρθένου τῆς ἁγίας A.

Tunc etiam Origenes ad tyrannicum tribunal ut Christi cultor adductus est: sed honore martyrii caruit miser, ei negato, ut opinor, a deo, ob perversas opiniones. nam tormenta iam expertus, tamen ordinem deseruit. hic, ut ante dictum est, cum doctrina et eloquentia excelleret, superbia et arrogantia elatus, veterum ss. patrum decretis neglectis, novarum opinionum auctor esse non dubitavit: et blasphemias in sanctam trinitatem divinamque inhumanationem ex improbo cordis sui thesauro eructavit; nec ulla fere secta est cui non initium praebuerit. nam et unigenitum dei filium conditum esse docuit, a paterna gloria et essentia alienum; et spiritum sanctum infra patris et filii dignitatem collocavit, affirmans neque patrem a filio neque filium a spiritu sancto posse cerni, ut nec spiritum ab angelis nec angelos ab hominibus. hae sunt Origenis in sanctam et consubstantialem trinitatem blasphemiae: circa Christi vero inhumanationem, Christum animatam carnem ex sancta virgine assumpsisse impie negat; sed unigenitum dei filium ante mundum conditum menti unitum fuisse fabulatur, et electum esse fingit, et ramum qui aliquando non fuerit, cum eoque extremis temporibus in-

προσειληφέναι δίχα ψυχῆς νοερᾶς τε καὶ λογικῆς. καὶ ἀποθέσθαι δὲ τὴν σάρκα πάλιν τὸν κύριον, καὶ τέλος ἕξειν τὴν βασιλείαν αὐτοῦ ἐδογμάτιζε. καὶ τῶν δαιμόνων εἰσηγεῖτο ἔσεσθαι μέλλειν ἀποκατάστασιν, καὶ τὴν κόλασιν χρονικὴν ἀλλ' οὐκ αἰωνίζουσαν· πρὸς κάθαρσιν δὲ τῶν ἁμαρτημάτων γενήσεσθαι, μετὰ τὸ καθαρθῆναι δὲ πάντας εἰς τὴν ἑνάδα ἀποκαταστῆναι καὶ τοὺς ἀνθρώ- W II 231
πους καὶ τοὺς δαίμονας. τὰ δὲ περὶ τῆς ἑνάδος ταύτης, πολλῆς μακρηγορίας δεόμενα ἵν' ὁ ταύτης ὕθλος σαφηνισθείη, παρείθησαν, ὥσπερ καὶ ἄλλαι τῶν ἐκείνου βλασφημιῶν. D

Τὰ μὲν οὖν κατὰ τὸν Ὠριγένην, ὃν ἐκάλουν καὶ Ἀδαμάντιον, ἐν τούτοις· τότε δὲ καὶ Ναυάτος τῆς κατὰ Ῥώμην ἐκκλησίας πρεσβύτερος αἱρεσιάρχης ἐγένετο καὶ τῶν καλούντων ἑαυτοὺς Καθαροὺς ἀρχηγός, ἀρνούμενος τοῖς ἐν τῷ διωγμῷ ὑποκύψασι καὶ θυσίαν τοῖς εἰδώλοις προσαγαγοῦσιν, εἶτ' ἐπιστρέφουσι καὶ ἐξομολογουμένοις, τὴν μετάνοιαν, καὶ προσπίπτοντας αὐτοὺς καὶ θεραπείαν ζητοῦντας τοῦ σφάλματος ἐν μεταμελείᾳ καὶ συντριβῇ καρδίας μὴ προσιέμενος. καθ' οὗ καὶ σύνοδος ἐν Ῥώμῃ συνέστη, Κορνηλίου ταύτης προϊσταμένου. ἐν ᾗ προσδέχεσθαι μὲν τοὺς ἐν τῷ καιρῷ τοῦ διωγμοῦ παραπεπτωκότας δεῖν ἔδοξεν, ἐπιστρέ-
φοντας, καὶ μετανοίας φαρμάκοις θεραπεύειν αὐτούς· τὸν δὲ P I 627
Ναυάτον τοῖς τῇ συνόδῳ δόξασι μὴ πειθόμενον οἱ θεῖοι πατέρες ἐκεῖνοι τῆς ἐκκλησίας ἀπηλλοτρίωσαν καὶ ἀπεκήρυξαν ὡς μισάδελφον.

1 λογικῆς τε καὶ νοερᾶς A. 2 δὲ om A. 8 ἵν' ὁ — 9 ἐκείνου om C. 9 ἄλλαι A, ἄλλα PW.

humanatum esse, assumpta carne absque anima intelligente et ratione praedita; ac rursus deposuisse carnem dominum, et finem habiturum esse eius regnum statuit. et daemones in integrum restituendos esse tradit; et supplicium finiti, non aeterni fore temporis, purgationi delictorum omnium destinatum: qua peracta omnes ad unitatem redituros esse, tam homines quam daemones. unitatis autem illius rationem, seu nugas potius, cum sine multis verbis declarari haud possint, praetermisimus, ut et alias eius blasphemias.

Atque haec de Origene, qui etiam Adamantius dicebatur. tum Novatus quoque, Romanae ecclesiae presbyter, haeresiarches exstitit, eorumque qui se Catharos seu Puros dicunt princeps; iis qui persecutione territi simulacris immolarant, et post agnito peccato se convertunt, paenitentiam negans, et supplices ac delicti medicinam dolenter afflictoque animo requirentes non admittens. contra hunc Romae concilium est indictum, cui Cornelius praefuit: in quo decretum est, tempore persecutionis lapsos recipiendos, si se converterint, et paenitentiae medicina curandos esse. Novatum vero sancti illi patres, concilii decreto non acquiescentem, ecclesia pulsum, ut fratrum hostem, abdicarunt.

Μέμνηται δέ τινος ὁ Εὐσέβιος ἱστορίας ἐξ ἐπιστολῆς Διονυσίου τοῦ τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας ἐπισκοπήσαντος τοιαύτης. φησὶ γὰρ ταῦτ' ἐπιστεῖλαι πρὸς ῥῆμα τὸν Διονύσιον "Σαραπίων τις ἦν παρ' ἡμῖν πιστὸς γέρων, ἀμέμπτως μὲν βιούς, ἐν δὲ τῷ πειρασμῷ πεσών. οὗτος πολλάκις ἐδεῖτο, καὶ οὐδεὶς προσεῖχεν αὐτῷ· καὶ γὰρ ἐτεθύκει. νοσήσας δὲ τριῶν ἑξῆς ἡμερῶν ἄφωνος διετέλεσε καὶ ἀναίσθητος· ἀνασφήλας δὲ τῇ τετάρτῃ βραχύ, B προσεκαλέσατο τὸν θυγατριδοῦν, καί 'σπεῦσον' εἶπε, 'κάλεσόν μοι τῶν πρεσβυτέρων τινά'· καὶ πάλιν ἦν ἄφωνος. ἔδραμεν ὁ παῖς ἐπὶ τὸν πρεσβύτερον· ὁ δὲ ἀφικέσθαι μὲν οὐκ ἠδυνήθη (καὶ γὰρ ἠσθένει), ἐντολῆς δὲ παρ' ἐμοῦ δεδομένης, τοὺς ἀπαλλαττομένους τοῦ βίου, εἰ δέοιντο, καὶ μάλιστα εἰ πρότερον ἱκετεύσαντες τύχοιεν, ἀφίεσθαι, ἵν' εὐέλπιδες ἀπαλλάττοιντο, βραχὺ τῆς εὐχαριστίας δέδωκε τῷ παιδαρίῳ, ἀποβρέξαι κελεύσας καὶ τῷ πρεσβύτῃ κατὰ τοῦ στόματος ἐπιστάξαι. ἐπανῆκεν ὁ παῖς φέρων. ἐγγὺς δὲ γενομένου, πρὶν εἰσελθεῖν, ἀνενέγκας πάλιν ὁ Σαραπίων 'ἥκες' ἔφη 'τέκνον; καὶ ὁ μὲν πρεσβύτερος ἐλθεῖν οὐκ ἠδυνήθη, C σὺ δὲ ποίησον ταχέως τὸ προσταχθὲν καὶ ἀπάλλαττέ με.' ἀπέβρεξεν ὁ παῖς, καὶ ἅμα τε ἐνέχεε τῷ στόματι τοῦ πρεσβύτου, καὶ μικρὸν ἐκεῖνος καταβροχθίσας εὐθέως ἀπέδωκε τὸ πνεῦμα. ἆρ' οὐκ ἐναργῶς διετηρήθη καὶ παρέμεινεν ἕως λυθῇ καὶ τῆς ἁμαρτίας λυθείσης ἐπὶ πολλοῖς οἷς ἔπραξε καλοῖς ὁμολογηθῆναι δυνηθῇ;" ταῦτα ἡ τοῦ Διονυσίου διέξεισιν ἐπιστολή.

1 Εὐσέβιος] Hist. eccl. 6 44. 2 τοῦ add A. 16 σεραπίων B. 21 καὶ τῆς — 23 δυνηθῇ om A. 22 λυθείσης] ἐξαλειφθείσης Eusebius.

Eusebius quoque historiam quandam ex epistola Dionysii Alexandrini episcopi huiusmodi, iis verbis ab ipso descripta quae sequuntur, refert. "fuit apud nos fidelis quidam senex Serapio, vita inculpate acta, sed in persecutione lapsus; qui cum saepe opem imploraret, ac ob sacrificium simulacris factum a nemine audiretur, aegrotus per integrum triduum mutus et sensus expers iacuit. die quarta morbo nonnihil remisso per nepotem sibi festinanter presbyterum aliquem arcessi iussit, ac rursus mutus iacuit. accurrit puer ad presbyterum: qui cum ob morbum venire non posset, ego autem eos qui e vita discederent, si peterent, praesertim si prius etiam supplicassent, absolvi iussissem, ut cum spe bona morerentur, parum de eucharistia dedit puero, ac iussit ut madefaceret ac seni in os instillaret. quam cum puer afferens appropinquasset, priusquam ingrederetur denuo recreatus Serapio 'ades' inquit 'fili? etsi autem presbyter venire non potuit, tu tamen quod mandatum est exsequere, meque absolvito.' instillavit puer eucharistiam in os senis: qui cum parum deglutisset, statim exspiravit. nonne vero evidenter conservatus eo usque exspectavit, dum solveretur, peccatoque soluto propter multa bona quae fecerat pro fideli agnosci posset?" haec in epistola Dionysii referuntur.

Δέκιος δὲ οὕτω διατεθεὶς εἰς τοὺς τὸν Χριστὸν σεβομένους, οὐδὲ δύο ὅλους ἐνιαυτοὺς ἐπὶ τῇ τῶν Ῥωμαίων ἀνύσας ἀρχῇ αἴσχιστα διεφθάρη. βαρβάρων γὰρ ληϊζομένων τὸν Βόσπορον ὁ Δέκιος αὐτοῖς συνεπλέκετο καὶ πολλοὺς ἀνῄρει· τῶν δὲ στενοχωρηθέντων καὶ αἰτουμένων ἀφεῖναι τὴν λείαν πᾶσαν εἰ παραχωρηθεῖεν ἀναχωρῆσαι, ὁ Δέκιος οὐκ ἐνέδωκεν, ἀλλὰ Γάλλον ἕνα τῶν τῆς συγκλήτου τῇ διόδῳ τῶν βαρβάρων ἐπέστησε, μὴ συγχωρῆ- D *σαι κελεύσας αὐτοῖς παρελθεῖν. ὁ δὲ Γάλλος ὑπέθετο τοῖς βαρβάροις, ἐπιβουλεύων Δεκίῳ, πλησίον τέλματος βαθέος ὄντος, ἐκεῖ παρατάξασθαι. οὕτω δὲ παραταξαμένων τῶν βαρβάρων καὶ τὰ νῶτα τρεψάντων ὁ Δέκιος ἐπεδίωκε· καὶ αὐτός τε σὺν τῷ υἱῷ καὶ πλῆθος τῶν Ῥωμαίων ἐνεπεπτώκει τῷ τέλματι, καὶ πάντες ἐκεῖσε ἀπώλοντο, ὡς μηδὲ τὰ σώματα αὐτῶν εὑρεθῆναι, κατα-* W II 232 *χωσθέντα τῇ ἰλύϊ τοῦ τέλματος.*

21. *Κρατεῖ οὖν ὁ Γάλλος, ὃν τινὲς μὲν τῶν συγγραφέων καὶ Βολουσιανὸν κεκλῆσθαί φασιν ὡς διώνυμον, ἄλλοι δὲ τὸν Βολουσιανὸν υἱὸν αὐτοῦ εἶναι γεγράφασι καὶ συνάρχειν αὐτῷ.* P 1 628 *κρατήσας τοίνυν τῆς τῶν Ῥωμαίων ὁ Γάλλος ἀρχῆς, σπένδεται τοῖς βαρβάροις ἐπὶ συνθήκαις τοῦ λαμβάνειν ἐκείνους παρὰ Ῥωμαίων δασμὸν ἐνιαύσιον καὶ μὴ τὰ Ῥωμαίων ληΐζεσθαι. καὶ σπεισάμενος οὕτως ἐπανῆλθεν εἰς Ῥώμην, καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν Βολουσιανὸν ἀνηγόρευσε Καίσαρα. βαρὺς δὲ καὶ οὗτος γέγονε τοῖς χριστιανοῖς, καὶ οὐχ ἧττον Δεκίου, διωγμὸν κατ' αὐτῶν ἐγείρας καὶ πολλοὺς ἀνελών. ἤρξατο δ' αὖθις ἐπὶ τούτου ἡ*

21 οὗτος A. 23 ἧττον AB, ἥττων C, ἥττονα PW.

Fontes. *Cap.* 21. *Fortasse Dio continuatus.*

Decius vero sic erga Christi cultores affectus, nondum integro biennio in imperio exacto turpissime periit. nam cum barbarorum Bosporum populantium multos occidisset, hique in angustias redacti se omnem praedam reddituros promitterent si discedere sinerentur, Decius negavit, et Gallum senatorem transitu eos prohibere iussit. at Gallus Decio insidians monuit barbaros ut iuxta profundam paludem aciem instruerent: quo illi facto cum terga dedissent, Decius eos persequens cum filio et magna multitudine Romanorum in paludem incidit, ubi omnes perierunt, ut nec corpora eorum invenirentur, coeno obruta.

21. Gallus rerum potitus (quem scriptores quidam etiam Volusianum vocant ut binominem, aliis asserentibus filium eundemque collegam eius Volusianum appellatum esse) pactus cum barbaris ut annuo tributo accepto Romanis provinciis abstinerent, Romam abiit, ac filium Volusianum Caesarem declaravit. fuit et hic Christianis gravis, non minus quam Decius, persecutione inchoata multisque interfectis. sub

κίνησις τῶν Περσῶν, καὶ κατεσχέθη παρ' αὐτῶν ἡ Ἀρμενία, τοῦ ταύτης βασιλέως Τηριδάτου φυγόντος, τῶν δὲ παίδων ἐκείνου προσρυέντων τοῖς Πέρσαις. καὶ Σκύθαι δὲ εἰς τὴν Ἰταλίαν εἰσέβαλον, πλῆθος ὄντες σχεδὸν ὑπερβαῖνον καὶ ἀριθμόν, καὶ Μα-B κεδονίαν καὶ Θεσσαλίαν καὶ Ἑλλάδα κατέδραμον. λέγεται δὲ τούτων μοῖράν τινα διὰ Βοσπόρου παρελθοῦσαν καὶ τὴν Μαιῶτιδα λίμνην ὑπερβᾶσαν ἐπὶ τὸν Εὔξεινον γενέσθαι πόντον καὶ χώρας πορθῆσαι πολλάς. καὶ ἄλλα δὲ πολλὰ τῶν ἐθνῶν τότε κατὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐπικρατείας ὡρμήκεσαν. ἀλλὰ καὶ λοιμὸς τότε ταῖς χώραις ἐνέσκηψεν, ἐξ Αἰθιοπίας ἀρξάμενος καὶ πᾶσαν σχεδὸν ἐπινεμηθεὶς χώραν ἑῴαν τε καὶ ἑσπέριον, καὶ πολλὰς τῶν πόλεων τῶν οἰκητόρων ἐκένωσεν, ἐπὶ πεντεκαίδεκα διαρκέσας ἐνιαυτούς. οἵ γε μὴν Σκύθαι τεταγμένα παρὰ Ῥωμαίων κατὰ συνθήκας λαμβάνοντες ἐπετείως, ἥκασι ταῦτα ληψόμενοι, καὶ ἥττονα λέγοντες εἶναι τῶν ὑπεσχημένων τὰ σφίσι διδόμενα, C ἀπῄεσαν ἀπειλούμενοι. Αἰμιλιανὸς δέ τις Λίβυς ἀνήρ, ἄρχων τοῦ ἐν Μυσίᾳ στρατεύματος, τοῖς στρατιώταις δώσειν πάντα τὰ τοῖς Σκύθαις διδόμενα ἐπηγγείλατο, εἰ τοῖς βαρβάροις συνάψειαν πόλεμον. οἱ δὲ ἀπροόπτως ἐπελθόντες τοῖς Σκύθαις, ἄτερ ὀλίγων ἀπέκτειναν ἅπαντας, καὶ λάφυρα ἐξ ἐκείνων πλεῖστα συνήγαγον, τὴν χώραν καταδραμόντες αὐτῶν. ἐντεῦθεν ὁ Αἰμιλιανὸς ὑπερφρονήσας τῷ κατορθώματι, μέτεισι τοὺς ὑπ' αὐτὸν στρατιώτας· καὶ Ῥωμαίων αὐτὸν ἀναγορεύουσιν αὐτοκράτορα. ὃς

2 τηριδάτου AC, Τυριδάτου PW. 8 δὲ om A. 10 τότε] τηνικαῦτα A.

hoc motus Persarum recruduit, qui Armeniam occuparunt, Teridate rege fuga elapso, cuius filii se ad hostes contulerant. Scytharum quoque multitudo paene innumerabilis in Italiam impressionem fecit; iidemque Macedoniam, Thessaliam et Graeciam incursarunt. eorum quoque pars Maeotide palude superata per Bosporum in Pontum Euxinum irrupisse fertur ac multas vastasse provincias. sunt et aliae plures gentes contra diciones Romanorum concitatae. pestis quoque tum provincias invasit: quae ab Aethiopia orta, totumque paene orientem et occidentem pervagata, multas urbes civibus desolavit, duravitque per annos quindecim. Scythae vero annuo tributo ex pacto a Romanis petito, pauciora sibi quam promissa essent dari questi, minitabundi abierunt. caeterum Aemilianus homo Afer, Moesiis legionibus praefectus, militibus ea omnia promisit quae Scythis penderentur, si cum illis pugnarent. qui barbaros ex improviso aggressi, paucis exceptis omnes occiderunt; et opimis spoliis partis regionem eorum incursarunt. eo successu elatus Aemilianus a suis legionibus impetravit ut imperator salutaretur; coactisque in

αὐτίκα τὰς δυνάμεις ἀγείρας ἔσπευδε τὴν Ἰταλίαν καταλαβεῖν. ὡς γοῦν εἰς γνῶσιν ἦλθον ταῦτα τῷ Γάλλῳ, κἀκεῖνος ἑτέρωθεν παρασκευασάμενος τῷ Αἰμιλιανῷ ἀντιπαρετάξατο. καὶ συρραγέντων ἀλλήλοις τῶν στρατευμάτων ἥττηντο οἱ τοῦ Γάλλου, ἡττώμενοι δὲ ἐπέθεντο τῷ σφῶν αὐτοκράτορι· καὶ ἀνελόντες κἀκεῖνον D καὶ τὸν παῖδα αὐτοῦ, βασιλεύσαντας ἔτη δύο καὶ μῆνας ὀκτώ, προστίθενται τῷ Αἰμιλιανῷ, καὶ αὐτοὶ τὴν βασιλείαν αὐτῷ ψηφισάμενοι.

22. Ἀναρρηθεὶς δὲ οὕτως αὐτοκράτωρ ὁ Αἰμιλιανὸς ἐπ- W II 233 έστειλε τῇ συγκλήτῳ, ἐπαγγελλόμενος ὡς καὶ τὴν Θρᾴκην ἀπαλλάξει βαρβάρων καὶ κατὰ Περσῶν ἐκστρατεύσεται καὶ πάντα πράξει καὶ ἀγωνίσεται ὡς στρατηγὸς αὐτῶν, τὴν βασιλείαν τῇ γερουσίᾳ καταλιπών. ἀλλ' οὐδὲν τούτων ἔφθη πεποιηκώς, Οὐαλεριανοῦ ἐπαναστάντος αὐτῷ· ὃς τῶν ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ἄρχων δυνάμεων, τὰ κατὰ τὸν Αἰμιλιανὸν μαθών, καὶ αὐτὸς τυραννεῖ. καὶ τὰς ὑπ' αὐτὸν δυνάμεις συναγαγὼν πρὸς τὴν Ῥώμην ἠπείγετο. P I 629 οἱ γοῦν τῷ Αἰμιλιανῷ συστρατευόμενοι, οὐκ ἀξιομάχους ἑαυτοὺς ἐγνωκότες πρὸς τὴν τοῦ Οὐαλεριανοῦ στρατιάν, μηδὲ φθείρειν καὶ φθείρεσθαι Ῥωμαίους ὑπ' ἀλλήλων ὅσιον κρίναντες καὶ πολέμους συγκροτεῖσθαι ὁμογενῶν, καὶ ἄλλως δὲ τὸν μὲν Αἰμιλιανὸν ἀνάξιον λογιζόμενοι βασιλείας ὡς ἄδοξόν τε καὶ χαμερπῆ, τὸν

2 ὡς δ' οὖν A. ἑτέρωθι A. 8 ἐπιψηφισάμενοι AC. 9 Ἀναρρηθεὶς — 13 καταλιπών] cf. Dionis continuati exc. Vatic. 118 p. 234. 16 ὑπ' αὐτὸν] ἐπ' αὐτῶν A.

Fontes. *Cap. 22. Dio continuatus, ut videtur: cf. Exc. Vatic.* 118 *p.* 234. *Eusebii Hist. eccles. lib.* 6 *c.* 39 *et lib.* 7 *c.* 2—6.

unum copiis ad Italiam occupandam properavit. quo Gallus cognito et ipse contra se paravit; commissoque praelio victus a suis militibus una cum filio occisus est, cum biennium et menses octo imperasset. eius vero milites et ipsi Aemiliano coniuncti imperium confirmarunt.

22. Appellatus imperator Aemilianus senatui per litteras promisit se barbaros etiam Thracia pulsurum et Persis bellum illaturum, omniaque facturum et dimicaturum ut ducem eorum, imperio ipsis relicto. sed priusquam horum aliquid faceret, Valerianus transalpinarum legionum dux, rebus Aemiliani cognitis, et ipse regnum affectavit, conductisque in unum suis copiis Romam properavit. quare ii qui sub Aemiliano stipendia merebant, quia se Valeriano impares esse norant, et Romanos mutuis perire caedibus ac intestina bella conflari nefas putabant, et quod Aemilianum ut ingloriam et humilem regno indignum indicabant,

tem obiit. Romanae vero ecclesiae sedes Ioannem in triennium suscepit. post quem Felix Romanis fidelibus praefuit, quattuor annos eo honore gavisus. deinde Bonifacius per biennium episcopatum gubernavit. post hunc Agapetus designatus est, qui cum summi pastoris Christi gregem Romanum duobus annis et ipse pavisset, naturae debitum persolvit. Romae autem pontifex electus est Silverius; unoque anno pontificatu functus vitam exegit. huius successor Vigilius cum 18 annis ecclesiae praefuisset, in eius locum suffectus est Pelagius: qui quinque annis obito ministerio decessit. Romana vero sedes Ioannem in octo annos suscepit, et post hunc Gregorium in annos quindecim. post hunc perpetua sedes eorum, qui Romanae ecclesiae praefuerunt, non reperitur. Antiochiae vero Coelesyriae Eustathius Paulino, qui ministerio quinquennium vacarat, successit. cum Eustathius fideles annos 18 pavisset, Euphronius per annos 8 ministravit. post quem Phlacitus 12 explevit annos. deinde Stephanus Arii sectator ecclesiae per triennium se ingessit. post hunc introductus est Leontius, qui octavo anno episcopatus mortem obiit. post hunc Antiochenae ecclesiae Eudoxius alterum annum praefuit. post Eudoxium Arrianus quartum annum fuit episcopus. post hunc Meletius

μεθ' ὃν Φλαβιανὸς προέστη τῶν χριστωνύμων ἐπ' ἔτεσιν εἴκοσι πρὸς τοῖς ἕξ. εἶτα Θεόδοτος τὴν λειτουργίαν διεδέξατο, καὶ τετραετίαν ἤνυσεν ἐπ' αὐτῇ. καὶ ἀντὶ τούτου Ἰωάννης εἰσήχθη, καὶ διήρκεσεν ἐπ' ἔτος ὀκτωκαιδέκατον. ἀντὶ δὲ Ἰωάννου Δόμνος κεχειροτόνητο, ἐπιζήσας τῇ χειροτονίᾳ ὄγδοον ἔτος· καὶ ἀνθιδρύθη τῷ θρόνῳ τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας Μάξιμος, ἐπ' ἐνιαυτοὺς ἐπιμείνας τῇ προστασίᾳ τέσσαρας. ὃς ὑπὸ Μαρτυρίου διεδέχθη, ἔννατον καὶ τούτου τῇ ἀρχῇ διανύσαντος ἔτος. Ἰουλιανὸς δ' ἔπειτα εἰς τὴν ἀρχιερατικὴν ταύτην καθέδραν ἐκάθισεν ἐπὶ ἕκτον
I 648 ἐνιαυτόν, καὶ οὗτος ἔσχε Πέτρον διάδοχον. ὃν μετὰ τριετῆ χρόνον Στέφανος διεδέξατο, ἰσαρίθμους ἀρχιερατεύσας ἐνιαυτούς. τῷ δὲ Στεφάνῳ Καλανδίων ἐγένετο ἔφεδρος. καὶ τούτῳ μετὰ τετραετίαν Πέτρος ἄλλος ἐφήδρευσε, τριετῆ χρόνον τὴν ἐκκλησίαν κατεσχηκώς. οὗ διάδοχος Παλλάδιος γέγονε, δεκαετίαν ἀνύσας ἐν τῇ ἀρχῇ. εἶτα Φλαβιανὸς ᾑρέθη, ἐπὶ δέκα καὶ τρεῖς ἀρχιερατεύσας ἐνιαυτούς. μεθ' ὃν Σευῆρος ἕβδομον λειτουργήσας ἐνιαυτὸν ἀφῆκεν Εὐφρασίῳ τὴν καθέδραν τὴν ἱεράν. ὃν μετὰ πέμπτον ἔτος Ἐφραΐμιος διεδέξατο· ὀκτὼ δ' ἐπὶ δέκα χρόνους ἐπεβίω οὗτος τῷ λειτουργήματι.

2 τὴν λειτ. Θεόδοτος A. 3 ἤνυσεν ἐπ' αὐτῇ AB, ἤνυσε PW. 12 καλανδίων CW. 18 ουτος ἐπεβίω χρόνους AB.

annos 25. post hunc Flavianus Christianis annos 26 praefuit. deinde Theodotus ministerium suscepit, in eoque annos quattuor exegit. in huius locum Ioannes introductus per annos 18 duravit. pro Ioanne Domnus electus annos 8 postea vixit. post quem in Antiochenae ecclesiae thronum Maximus introductus, in eo munere quadriennium vixit, successore Martyrio, qui 9 explevit in magistratu annos. deinde Iulianus in ea pontificia sede annos sex consedit, et Petrum successorem habuit. cui triennio post Stephanus successit, totidem annos pontificatu functus. in Stephani locum Calandio suffectus est. et huic post quadriennium alius Petrus successit, qui ecclesiam per triennium gubernavit. huius successor exstitit Palladius, decem annis in magistratu exactis: deinde Flavianus creatus episcopus tredecim annis. post eum Severus septem annis gubernata ecclesia Euphrasio sacram sedem reliquit: cui post annum quintum Ephraimius successit, et in ministerio annos duodeviginti vixit.

NOTAE.

Usus sum [in T. 2] tribus codicibus: duobus D. Antonii Fuggeri Constantinopoli emptis, et uno Viennensi a D. Gaspare a Nydprug etc. ultro perhumaniter atque utiliter suppeditato. nam duo reliqui tantum a Constantino Magno ordiuntur. WOLFIUS. Viennensis est B, Fuggeranus alter C: de altero cf. T. 1 p. XXXIX. P15

Duobus Zonarae codicibus Nic. Carminius Falconius usus est in concinnandis libris quos Dioneos dixit ab se primum detectos, altero "membranaceo Vaticano 136, autographo paene et correctissimo", altero "Palatino-Vaticano chartaceo 275, posterioris aevi". excerptas inde lectiones ut minus certas a certis seiungendas esse duximus.

p. 5 v. 9. πάστις etiam Palat. et Vatic.

p. 10 v. 16. ποπουλαρία κέκληται ἡ δημοτικὴ ἀγωγή] *actio popularis*, vox iurisconsultorum. Glossae Basilic. ποπουλαρία, δημοτική· πόπουλος, ὁ δῆμος. sunt autem *actiones populares, quae suum ius populo tuentur*, ut ait Paulus in l. 1 D. de populari act. Duc.

p. 10 v. 18. βουλευτάς, πατρικίους ὀνομάσας αὐτούς] Livius aliter: *patres certe ab honore, patriciique progenies eorum appellati.* W.

p. 11 v. 10. νομίζοντας πολίτας αὐτοὺς Vatic.

p. 12 v. 14. τοῖς ἐν αὐτῇ Vatic.

p. 12 v. 18. στρατηγὸν τὸν τάτιον etiam Vatic.

p. 14 v. 9. ἐκ τῶν] καὶ ἐκ Vatic.

p. 14 v. 15. ἃ ἐπήγοντο χρήματα ἀφαιρεῖσθαι βίᾳ ἐπεχείρουν Vatic.

p. 14 v. 17. κολάζεσθαι etiam Vatic., et mox ἐψηφίσατο.

p. 15 v. 1. τοὺς δὲ σαβίνους ὁ φόνος τοῦ σφῶν ἄρχοντος οὐκ ἐτάραξε Vatic.

p. 15 v. 2. πρὸς τὸν ῥωμύλον Vatic.

p. 15 v. 13. οὐῆροι etiam Vatic.

p. 15 v. 15. εἰς ὁμηρείαν] ὁμήρους Vatic.

p. 15 v. 21. ἠμπίσχετο] ἐφόρει Vatic.

p. 16 v. 2. προσηγόρευον Vatic.
p. 16 v. 4. κελευσθῶσιν ἂν Vatic.
p. 16 v. 11. ἦν ἐν αὐτοῖς Vatic.
p. 16 v. 12. εἶτα σιγῇ ῥωμύλου προστάττοντος ἠκροῶντο Vatic.
p. 16 v. 14. μαθεῖν etiam Vatic.
p. 16 v. 14. τῶν λοιπῶν om Vatic.
p. 16 v. 16. γενομένου τοῦ ῥωμύλου Vatic.
p. 17 v. 6. ὡς om Vatic.
p. 17 v. 15. ἡμᾶς μετ' ἀνθρώπων γενέσθαι χρόνον etiam Vatic.
p. 17 v. 19. τὸν τρόπον τοῦ λέγοντος καὶ τὸν ὅρκον Vatic.
p. 20 v. 16. τε etiam Vatic.
p. 20 v. 19. κατέλυσε σύστημα, οὓς ῥωμύλος εἶχε ἀεὶ περὶ τὸ σῶμα Vatic.
p. 21 v. 14. ὥστε] ὥστε καὶ Vatic.
p. 21 v. 15. θύοντι om Vatic.
p. 21 v. 20. ποιεῖν Vatic.
p. 21 v. 21. φευρουάριον Vatic.
p. 22 v. 6. ἀριθμὸν τιθέμενοι Vatic.
p. 22 v. 15. ἔχθρα τις ἢ φθόνος etiam Vatic.
p. 23 v. 12. παρεχώρουν etiam Vatic.
p. 24 v. 7. καὶ om Vatic.
p. 24 v. 9. ἐς δὲ δῆμον ἔκκλιτον Vatic.
p. 25 v. 4. μεταβάλλεσθαι Vatic.
p. 25 v. 12. ὧν καὶ μίαν Vatic.
p. 25 v. 14. ἑταίρους Vatic.
p. 26 v. 10. ὁ Λούκιος Vatic.
p. 27 v. 13. τῶν βουλευτῶν μετῆλθε τοὺς δυνατωτάτους, καὶ τοὺς ὀρφανοὺς πόρρω ποι ὡς εἰς θήρας προπέμψας Vatic.
p. 27 v. 23. τοὺς etiam Vatic.
p. 28 v. 1. τοὺς om Vatic.
p. 28 v. 10. τοῦτον ὁ Ταρκυνίνιος ὀργισθεὶς διὰ τὴν ἐναντίωσιν ὑβρίσαι καὶ τὴν τέχνην ἐξουθενῆσαι διεμελέτησεν Vatic.
p. 28 v. 15. ὁ Ἄττος Vatic.
p. 28 v. 17. ἀπόκριναί μοι etiam Vatic.
p. 28 v. 21. εὐθὺς αὐτὴν Vatic.
p. 29 v. 2. συμβούλῳ τῷ Ἄττῳ etiam Vatic.
p. 29 v. 4. ὑπὸ] καὶ ὑπὸ Vatic.
p. 32 v. 11. τὸ γράμμα δὲ ῥῶ etc.] scribit Zonaras, ex Dione, patricios Romanos, quo a caetera plebe dignoscerentur,
P 16 calceos corrigiarum implexione, et forma litterae ῥῶ insignitos induisse: quae quidem, inquit, centenarium numerum significaret: totidem enim erant patricii: vel quod sit prima littera Romani nominis. quae quidem minime hic cohaerent. nam patriciorum lunati erant, quos vocabant, calcei, quibus scilicet assuta erat

lunula, quod pridem docuere Rosinus, Dempsterus, Salmasius ad Pollionem et ad Inscriptionem Herodis, Benedictus Balduinus in Calceo antiquo, et alii criticorum filii. quae quidem lunula formam refert characteris Latini C, quo centenarius numerus effingi solet, ita ut patriciorum centenarium numerum in calceis adumbrare potuerit. at quod Zonaras de littera ῥῶ hic commentatur, prorsus absurdum est, quod alii notarunt, cum nusquam ρ littera Graeca calceis patriciorum adficta fuerit, neque primum vocis Romae elementum rettulerit. unde jure idem Balduinus cap. 9, quod hic de littera ρ habetur, superfluum glossema et a quodam graeculo in textum Zonarae immissum esse arbitratur: nisi ipsemet Zonaras, non intellecto quem exscribebat Dione, erraverit; quod licet existimare, cum id ipsum praeferant codices omnes mss. scripserat nempe Dio litteram C in patriciorum calceis centenarium effingere (quod scribit Isidorus lib. 19 cap. 14), addideratque idem valere quod ῥῶ apud Graecos; quemadmodum Ioannes Gazensis in libro *Περὶ ἀρχαιολογίας* ait Numam regem *ἐν τοῖς ὑποδήμασι Ῥωμαίων τῶν πατρικίων τυποῦσθαι τὸ Ῥωμαϊκὸν κάππα, ὃ παρὰ τοῖς Ἕλλησίν ἐστι ῥῶ* etc. nam Romanum *κάππα* est C Latinum, eundemque numerum refert quod ρ apud Graecos. cod. reg. 2431 fol. 212 *περὶ τοῦ ἀξιώματος τοῦ ἐπάρχου. ὁ ἔπαρχος παρὰ Ῥωμαίοις καὶ ἱερεὺς ἦν καὶ πρῶτος τῆς βουλῆς. ἐπεὶ οὖν βουλευταὶ ἦσαν ἑκατόν, οὗτος δὲ ὁ ἀριθμὸς διὰ τοῦ κάππα τοῦ Ῥωμαϊκοῦ χαρακτηρίζεται, τούτου χάριν τὸ κάππα σχῆμα φέρει αὐτῶν ὑπόδημα· ἐξ οὗ ὀνομάζεται καππάγιον· οἷον οὗτός ἐστιν ὁ πρῶτος τῶν ἑκατὸν τῆς βουλῆς.* adde Suidam in v. *χλαμύς*. Duc.

p. 36 v. 17. *κωδύας*] vide Henric. Valesium ad Harpocrationem pag. 301, ubi de hac voce. Duc.

p. 48 v. 21. *Ποστούμιος Τούβερτος*] ita duo codd. Reg. et Colb. Duc. Livius lib. 2 [c. 16] M. Valerio P. Posthumium adiungit. W.

p. 55 v. 9. *ἵν' εἶεν αὐτοῖς κατὰ συμμορίαν βοηθοί*] ut singulae classes suos patronos haberent, sequitur numerum tribunorum ad decem esse auctum: classes autem a Servio Tullio institutae fuerunt sex. W.

p. 62 v. 10. *στρατηγὸν ἕτερον*] sic reposuimus ex duobus Regiis mss, ubi Wolfius, alter Reg. et Colbert. *τὸ τρίτον τὸν Μάλιον εἵλετο.* ubi obiter observandum, apud Zonaram, cum de rebus Romanis agit, *consules* ut hoc loco *στρατηγοὺς* appellari, et *στρατηγῆσαι* pro *consulatum inire* usurpari. quod ex hisce verbis in hac sectione descriptis vel colligitur *ἄμφω τοὺς ὑπάτους ἢ στρατηγούς* [p. 61 v. 19]. consules enim postmodum dici coepere qui antea praetores vocabantur, ut ex Dione n. 19 [p. 69 v. 14] scribit Zonaras *τότε γὰρ λέγεται πρῶτον ὑπάτους αὐτοὺς προσαγορευθῆναι, στρατηγοὺς καλουμένους πρότερον.* Duc. idem Livius docet.

p. 64 v. 11. εἰς τοῦτο ὑπὸ τῶν εὐπατριδῶν προήχθη ὁ ὅμιλος] suspecta lectio. W. — immo genuina sunt Dionis verba.

P 17 p. 65 v. 2. οἷοι νῦν πολλοὶ περὶ τὰ βασίλεια] nobilium palatinorum suae aetatis mores hic carpit Zonaras, qui capillos nutriebant et cincinnati haberi volebant, cum caeteri e Graecis capillos raderent. Duc.

p. 67 v. 16. Λούκιόν τινα Σίκιον] hinc emendandus Ammianus Marcellinus lib. 25, qui *Sicinium* vocat: *Sicinium Dentatum adiiciat, ornatum militarium multitudine coronarum. Siccium* etiam vocat Dionysius Halicarnassens. Duc.

p. 70 v. 9. τῷ δ' ἑξῆς ἔτει] epitomatoris hic oscitantiam nota Zonarae. dixerat equidem ista Dio, sed quos ipse praeterit duos annos, ille scripserat. Falconius.

p. 74 v. 4. μεγάλην πόλιν] quae Bolae Livio 4 49.

p. 76 v. 19. Ἡ δὲ τῶν ἐπινικίων πομπὴ] cf. p. *618 v. 19.*

p. 76 v. 22. δρομοκήρυξι] *tabellariis*, qua voce rursum utitur infra lib. 9 sect. 8 [p. 222 v. 7]. vide Henricum Valesium ad Harpocration. 272. Duc. δρομοκήρυκες οἱ ἀγγελιαφόροι παρὰ Δίωνι Suidas. eo minus dubium est, Dioneis verbis triumphum describi.

p. 78 v. 7. παῖδας ἢ συγγενεῖς] Vide Henric. Valesium ad Nicolai Damasceni Excerpta pag. 71. Duc.

p. 78 v. 16. καὶ κώδων] Vide Henricum Valesium ad Harpocrationem. Duc.

p. 98 v. 6. Τιβέριος] T. Veturius.

p. 103 v. 14. πόλισμα quod hic scribit Zonaras, Aquilonia dicitur Livio. Falconius.

p. 105 v. 11 sq.] Dionis verba supplevit Niebuhrius, Kl. histor. und philol. Schriften II p. 251.

p. 106 v. 12. κηλιδῶσαι] vide Gloss. med. Lat. in *Cenitus*. Duc.

p. 113 v. 21. κατηλόων] ita Regii quattuor [?] et Colberteus. alius apud Wolfium κατηλώφουν. vide Henricum Valesium ad Harpocrationem pag. 232, ubi de hac voce. Duc.

p. 114 v. 4. πόλιν τινὰ] Venusiam. Niebuhrii Hist. Rom. T. 3 p. 558.

p. 123 v. 2. Κρανιτὰ] Cornetanos montes vel Corneos sine auctore non ausus fui dicere. W. — hos esse montes prope Tibur putat Ortelius, quos Dionysius Halicarnasseus lib. 1 *corniclos* seu *corniculos* vocat; de quibus sat multa habet Cluverius lib 2 Italiae antiquae p. 661, qui de *Cranitis* Zonarae siluit. Duc.

p. 125 v. 2. δοὺς αὐτῷ [αὐτοῖς] δίφρον etc.] huc spectant ista Marcellini lib. 23 extr. *nam quod supersedere solio damnati ob iniquitatem iudicis alius cogebatur, aut finxit vetustas, aut olim consuetudo cessavit.* Duc.

p. 127 v. 8. ὁμολογίᾳ προσεδήσαντο, *pactione obstrinxerunt*

vel *ad deditionem compulerunt.* alter codex [B] habet ὁμολογίᾳ διεκρούσαντο, *pactione eluserunt.* ego malim προσεκτήσαντο, ut et Polyb. lib. 1. W. — Regii et Colberteus διεκρούσαντο. Duc.

p. 129 v. 3. ἐπὶ μεῖζον αἰρόμενοι] sic ms: Dionis excerpta διαιρούμενοι. sed Valesius Zonarae lectionem magis probat. Duc.

p. 156 v. 17. ἃ πυθόμενοι οἱ Ῥωμαῖοι] vide Excerpta ex Diodoro Siculo p. 274 276. Duc. P18

p. 165 v. 5. Σαρδῷ] Σαρδόνιοι mss Reg. et Colberteus: at Wolfius legendum censebat Σαρδώ. neque enim, inquit, Sardi a Carthaginensibus pecuniam extorserunt, sed Romani et pecuniam et ipsam Sardiniam. Duc.

p. 169 v. 19. Σαρδιαίων] ita mss Reg. et Colberteus. at Henricus Valesius ad Dionis Excerpta Ἀρδιαίων legendum observat, ex Strabone lib. 7, Appiano in Illyrico, et Stephano. Duc.

p. 171 v. 5. Αἵμου ποταμοῦ] sic tres mss Regii. asteriscum apposuit Wolfius, quod fluvius huiusce nominis non occurrat apud geographos. cum vero dicat Zonaras, Illyricum intra Haemum fluvium et Istrum usque ad Pontum Euxinum contineri, videtur intellexisse aut Dravum aut Savum fluvios. Duc. leg. Αἴνου.

p. 174 v. 13. ἐπ' Ἴστρου] ita mss codices: sed ἐπ' Ἴστροις reponendum ex Eutropio lib. 3 et aliis observat Henricus Valesius ad Ioannem Antiochenum, qui Ἰστριανοῖς habet. ita Dio lib. 38 p. 64 ἡττήθη (πρὸς) τῇ τῶν Ἰστριανῶν πόλει πρὸς τῶν Σκυθῶν τῶν Βασταρνῶν: ubi interpres *ad Istrorum urbem.* Duc.

p. 208 v. 6. ὅθεν ἡ γερουσία] Ammianus lib. 14 "*et dotatur ex aerario filia Scipionis, cum nobilitas florem adultae virginis, diuturnam absentiam erubesceret patris.*" vide Valerium Maximum lib. 4 cap. 4. id hausit a Dione Zonaras quod siluit Titus Livius. Duc.

p. 230 v. 6. τὸν Ἰνδίβιλιν] ita Livio, quem Ἀνδοβάλη Polybius. Duc.

p. 238 v. 8. Σοφωνίς] ita mss, quam Σοφόνβα Excerpta Diodori Siculi p. 289, alii *Sophonisbam* vocant. Duc. Σοφόνισβα est apud Valesium p. 289, Σοφόνβα in eiusdem notis p. 46.

p. 245 v. 9. Ἀφρικὴ γὰρ] Eunapius in Maximo καί τις τῶν ἐκ Λιβύης, ἣν Ἀφρικὴν καλοῦσι Ῥωμαῖοι κατὰ τὸ πάτριον τῆς γλώττης. Duc.

p. 257 v. 14. μέχρις οὗ] deesse versus aliquot apparet, in quibus de Carthaginensium et Masinissae controversiis actum est. W. Sensus est integer; atque ita etiam mss omnes praeferunt. Duc.

p. 270 v. 13. Πύδνης] in ms Reg. scholii vice additur Πύδνα, τὸ νῦν Κίτρος. Duc. P19

p. 278 v. 9. Ὁ δὲ τῆς Αἰγύπτου κρατῶν] vide Henric. Valesium ad Diodori Siculi excerpta p. 50. Duc.

p. 285 v. 19. Μαστανάβου] ita reposuimus ex Reg. et Col-

bert., quomodo appellatur ab Appiano. Wolfius *Μαστανάμου* ediderat: quem errorem viderat Henricus Valesius ad Polybii excerpta. Duc.

p. 289 v. 9. *Ἱππῶνα*] quam *Ἱππακρίτας* Polybius vocat. vide Henr. Valesium ad Diodori Siculi excerpta p. 45. Duc.

p. 291 v. 6. malim *ὀλίγους ὄντας, καθ' ἑκάστους τρέπων.* W. — *ὀλίγους καθ' ἑκάστους ὄντας* mss. Duc.

p. 296 v. 12. *πατρὸς*] vide notata ab Henrico Valesio ad excerpta Polybii p. 32. Duc.

p. 297 v. 9. *Τὰ μὲν οὖν μέχρι τοῦδε πεπραγμένα Ῥωμαίοις*] omissa est historia belli Lusitanici contra Viriatum gesti; item Numantinum, Asiaticum contra Aristonicum, praeterea Allobrogicum, Thracicum; ad haec Iugurthinum in Africa, in Italia Galliaque Cimbricum, Teutonicum Tigurinumque. deest etiam descriptio tumultuum intestinorum qui ab istis temporibus Romam labefactaverunt, ut seditio Tiberii Gracchi ac post eam Caii fratris, deinde Apuleii Saturnini; tum bellum Romanorum adversus socios qui defectionem per Italiam fecerant; bellum contra servos, contra Spartacum; ac postremo Marii et Syllae civilia bella, atque alia annis circiter sexaginta gesta. W.

p. 298 v. 8. *Ἐξ ἀρχῆς μὲν οὖν*] addit cod. Reg. 605 [nunc 1768] *ὡς ἐν τῇ προτέρᾳ βίβλῳ μοι προϊστόρηται, βασιλεῦσιν* etc. alii *ὡς ἱστόρηται* tantum praeferunt, ut Wolfiana editio. hic porro initium ducit pars altera Annalium Zonarae, ut in Praefatione monuimus. Duc.

p. 300 v. 9. *τὴν γαμετὴν*] Antistiam.

p. 303 v. 8. *δυσὶ στρατηγοῖς*] Herennio et Perpennae.

p. 304 v. 8. *παρῃτήσατο δὲ καὶ τὴν στρατηγίαν*] utrum consulatum an imperium? W. — Wolfius *imperium* verterat: reposuimus *consulatum,* ex iis quae observavimus ad lib. 7 n. 17. Duc. immo est imperatoria dignitas.

p. 311 v. 2. *τοὺς περὶ Ἀμανὸν Ἄραβας*] ita mss Reg. et Colb., ubi Wolfius "*quid si Ἴβηρας legendum: nam Arabes Amani accolas ego nullos scio.*" Duc. Plutarchus *Ἄραβας.*

p. 312 v. 21. *κατοικίαι δὲ πόλεων*] sic mss codd, id est *urbium coloniae:* Wolfius *πολεμίων* legendum censebat. Duc.

p. 313 v. 1. *μιᾶς δέουσαι τεσσαράκοντα*] emendandus est numerus in Appiani Mithridat. c. 117, ubi fortasse *δέκα* pro *δὲ καὶ* legendum.

p. 315 v. 16. *εἰπόντος δέ τινος*] Considium appellat Plutarchus in vita Iulii Caesaris c. 14.

p. 318 v. 22. *ἐλλογίμους*] ita mss. Wolfius ediderat *ἐλλογισμοὺς,* manifesto errore. Duc.

p. 322 v. 23. *κροτούμενον*] lacunam Coraës et Schaeferus indicarunt: sed patet integra esse Plutarchi verba.

p. 326 v. 9. μολῇ] ita mss omnes, quam vocem omiserat Wolfius. Duc.

p. 327 v. 17. προσφέροντα] Θεόδοτον.

p. 330 v. 5. καὶ γάρ σύ μοι τῆς σωτηρίας ἐφθόνησας] plerique interpretantur *tu mihi salutem tuam invidisti.* sed cum Plutarchus scribat obscurum fuisse cur Caesar Catonis interitum doluerit, et ἐφθόνησάς μοι τῆς σωτηρίας etiam intelligi possit, P20
Catonem non dignitatem tantum sed salutem etiam Caesaris oppugnasse (neque enim additur τῆς σωτηρίας σου, et ἐμαυτοῦ aeque subintelligi potest, ne sententia quidem repugnante), malui particulam *tuam* omittere, ut in Latino etiam sermone ambigua esset sententia, utrum Caesar clementiae laudem ex conservatione Catonis captare, an vero suam in eo explere iracundiam voluerit, si eum in potestatem redegisset. W.

p. 332 v. 14. καὶ τούτου δὶς γεγονότος ἡ πεῖρα ἐξηλέγχετο] converti *ita bis populi animos expertus surrexit.* sed τὸ τὴν πεῖραν ἐξελέγχεσθαι intelligi potest, vel animadversum esse, Caesarem periclitari voluisse populum, utrum aequis animis regium ornatum laturus esset; vel, Caesarem animadvertisse, conatum suum esse irritum, populo a regia pompa abhorrente. W.

p. 336 v. 1. τὴν τύχην αὐτοῦ ὀμνύναι] *per Fortunam* Caesaris, Wolfius vertit: melius forte *per genium,* de qua formula consulendus prae caeteris Io. Bapt. Hansenius in lib. de Iureiurando cap. 15. Duc.

p. 336 v. 2. διά τε αὐτὸν Ἰούλιον] sic mss: Wolfius legendum censet, διά τε αὐτὸν τὸν Κουϊντίλιον τὸν μῆνα Ἰούλιον προσηγόρευσαν, atque ita vertit. Duc. leg. Δία τε.

p. 340 v. 8. παρὰ τοῦ Διὸς μαστιζόμενον] sic mss: ubi Wolfius "*Suetonius puerum facie liberali demissum caelo catena aurea ad fores Capitolii constitisse, eique Iovem flagellum tradidisse. hinc suspicor legendum non μαστιζόμενον, sed μάστιγα ἐγχειριζόμενον: nisi forte μαστίζειν id ei significet.*" Duc.

p. 340 v. 23. pro δημαρχῆσαι μὲν ἐπεχείρησεν videtur legendum δημηγορῆσαι. sequitur enim εἰς τὸν δῆμον εἰσαχθεὶς ἐδημηγόρησέ τε etc. quare pro his verbis *tribunatum ambire non destitit,* "urbem ingressus concionem ad populum habere instituit, neque destitit quamvis ab Antonio prohiberetur, sed tribuno sibi conciliato" etc. reponas licet. W. — δημαρχῆσαι mss. Duc.

p. 353 v. 23. καίτοι τῆς ἀρχῆς ὕστερον ὑπὸ τοῦ Καίσαρος στερηθείς] *supra commemoravit Sextum Pompeium a Caesare consule proscriptum esse. aut igitur πρότερον legendum pro ὕστερον, aut scriptori danda venia τῆς ἀταξίας, quam aliquando varietatis et attentionis causa affectant.* W. — idem porro repetit infra n. 21 ὁ γὰρ Σέξτος τῆς ἀρχῆς, ἧς εἶχεν, ὑπὸ τοῦ Καίσαρος πρώην παραλυθεὶς etc. Duc.

p. 354 v. 17. χρηστὴν] ita codd mss: non desunt tamen

qui χρυσῆν reponendum putant. Zonaras ait Commodum praecepisse τὸν αἰῶνα τὸν κατ' αὐτὸν ἀπ' αὐτοῦ χρυσοῦν ὀνομάζεσθαι. Duc.

p. 358 v. 14. Ξάνθον] vide praeter Dionem lib. 47 et alios Romanae historiae scriptores, Philonem in lib. ὅτι πᾶς σπουδαῖος etc. p. 605 edit. Turnebi. Duc.

P 21 p. 364 v. 10. καὶ πατρόθεν] ita apud nostros in clamore militari copiarum duces nomen suum inclamare solitos docuimus in Dissertat. ad Ioinvillam. Duc.

p. 365 v. 9. ὦ τλᾶμον] hos versus paulo aliter citat Dion editus lib. 47 extr. vide Plutarchum de Superstitione, sub initium. Duc.

p. 394 v. 8. τοὺς δὲ νῦν βασιλεῖς Ῥωμαίων] hic porro carpit Zonaras imperatores et Graecos sui aevi, qui *dimisso patrio vestitu*, barbarico seu extraneo uti amabant. scribit Nicephorus Gregoras lib. 2 Ioannem Vatatzem imp., cum videret Romanas divitias in peregrinas et sumptuosas vestes, Sericas Assyrias Babylonias atque Italicas, vario ac sollerti artificio confectas effundi, edicto sanxisse ne quis subditorum iis uteretur, sed iis contenti essent quas Romanae provinciae praeberent. idem lib. 11 extr. eum etiam morem invaluisse tradit sub Andronico Palaeologo iuniore, ut omnes simul et adolescentes et senes pileis uterentur, non minus in palatio quam in agris, iisque ad libitum multiformibus et peregrinis; cum Latinis alii, alii Mysiis et Triballicis, alii Syriis et Phoeniciis uterentur; atque id denique in vestibus observasse, adeo ut prudentiores novitatem aliquam et imperii destructionem, sed et institutorum finem ac morum inde male ominarentur. Duc.

p. 412 v. 7. ἐθελογνωμονῶν] desideratur in lexicis.

p. 419 v. 12. ἀναγνῶναι] huc referri potest qui apud nostros adhuc obtinet mos, quo regum edicta, priusquam vim habeant, ad senatum parlamentarium mitti solent, ut probentur ac deinde in acta referantur: quod si quidpiam in iis occurrat cui sententiam suam non accommodet, de eo princeps admonetur ac rogatur. Duc.

p. 421 v. 12. ἴλαρχόν τε φυλῆς] *praefectum tribus* vertit Wolfius: *sevirum turmis equitum* vertere debuisse contendit Valesius ad Excerpta Dionis, ex Capitolino in Marco: *consulem secum Pius Marcum designavit, et Caesaris appellatione donavit, et sevirum turmis equitum Romanorum iam consulem designatum creavit.* ubi, inquit, sevir nomen officii videtur fuisse, cui et ludorum seviralium cura competebat, teste eodem Capitolino. Duc.

p. 435 v. 3. Ἀγριππῖναν] accentus, qui auctoris saeculo conveniunt, immutare noluimus. Μεσσαλῖνα Φαυστῖνα, Αὐγοῦστα

Λουκούστα, *Τουρκουάτος Κικινάτος*, *Κάρος* et id genus alia libri omnes habent Zonarae aetati suppares.

p. 441 v. 1. *καί τινα*] Cremutium Cordum.

p. 454 v. 19. *ἑνὸς δὲ τῶν κτεινομένων*] Dio lib. 59 c. 25 *Βετιλλῖνον δὲ Κάσσιον ἀποσφαγῆναι κελεύσας καὶ τὸν πατέρα αὐτοῦ Καπίτωνα παρεῖναι φονευομένῳ αὐτῷ κατηνάγκασε*. in Excerptis Vaticanis *Βάσσος* ille appellatur, ut apud Senecam.

p. 456 v. 11. *κρατῆρα καὶ θύρσον φέρειν*] cum Dionysium seu Bacchum se diceret. Eustathius II 1 *ἔτι δὲ καὶ τὴν (ἀπόνοιαν) τοῦ αὐτοκράτορος Γαΐου τοῦ καὶ Καλλιγόλα φασὶ προσαγορευθέντος διὰ τὸ ἐν στρατοπέδῳ γεννηθῆναι· οὗτος μὲν γὰρ ὑπερφρονήσας ὡς εἰκὸς ἐπὶ κάλλει νέος τε Διονύσιος ἐκαλεῖτο καὶ Διονυσιακὴν πᾶσαν ἐνδύνων στολὴν ἐδίκαζεν*. Duc.

p. 457 v. 15. *εἰς οἰκεῖον ἱερὸν*] quod hausit Zonaras a Philone in Legat. ad Gaium p. 731 edit. Turnebi: *τὸν δὲ ἐν τῇ ἱεροπόλει νεών, ὃς λοιπὸς ἦν ἄψαυστος, ἀσυλίας ἠξιωμένος τῆς πάσης, μεθηρμόζετο καὶ μετεσχημάτιζεν εἰς οἰκεῖον ἱερόν, ἵνα Διὸς ἐπιφανοῦς νέου χρηματίζῃ Γαΐου*. quippe *ἱερόπολιν* Hierusalem vocat in lib. contra Flaccum p. 667, et in lib. *περὶ ὀνείρων* ait *θεοῦ πόλιν* ab Hebraeis appellari. Duc. — immo Zonaras auctorem secutus est Eusebium (Hist. eccl. 2, 6), Eusebius Philonem.

p. 458 v. 3. *Εὐσέβιος*] vide quae de morte Pilati scribit Ioannes Antiochenus p. 809, et commentarium apocryphum qui de eiusdem morte inscribitur in codice Colberteo, in aliis S. Ioannis theologi falso nomen praefert. Duc.

p. 460 v. 8. *Λιβίας*] recte quidem: nam Tiberii Claudii Neronis uxor fuit Livia Drusilla. verum mss omnes Regii et Colberteus ut et infra p. 185 et 190 *Ἰουλίαν* perperam praeferunt: nec scio an ex ingenio Wolfius *Λιβίας* reposuerit: certe eundem errorem errat Constantinus Manasses [v. 1788 1789]: P 22

γυνή τις ἐπαφρόδιτος συνέζευκτο γαμέτῃ·
Νέρων ἐκείνης ἦν ἀνήρ, ἐκείνῃ δὲ Ἰουλία. Duc.

nostri codices *λιβίας* habent.

p. 463 v. 15. *καισάρειοι*] caesariani etiam deinceps saepius appellantur aulici proceres sive liberti sive alii. W.

p. 466 v. 21. *δούλους νοσοῦντας*] vide Gloss. med. Lat. in v. *Manumissio*, sub finem. Duc.

p. 467 v. 9. *ἐγχειρίδιον παρεζώννυτο*] ambiguum utrum pugillares an pugio sit intelligendus. W.

p. 470 v. 10. *καὶ τὸν Σωσίβιον*] ita reposuimus ex mss Reg. et Colb., ubi Wolfius *σωσίκιον* perperam: nam *Sosibium* vocant etiam Tacitus lib. 11 et Dio in Excerptis Valesianis p. 678. Duc.

p. 478 v. 8. *περιοδονίκης*] perihodon vicisse dicitur qui Pythia Isthmia Nemea Olympia vicit. Festus.

p. 479 v. 12. *Οὐΐνδιξ*] qui *Βίνδιξ* Dioni lib. 63 p. 725. Duc.

p. 480 v. 18. *στρατόπεδον*] *stationem militum* vocat Sue-

tonius, scilicet praetorianorum, qui circa palatium imperatoris excubabant. ita infra hanc vocem usurpat in Pertinace et alibi. vide Gloss. med. Graecit. in hac voce. Duc.

p. 481 v. 12. προσιόντας αὐτοὺς αἰσθόμενος] ita etiam Dio: Sylburgius apud utrumque προϊόντας legendum censet. ibid. καὶ σφᾶς absunt a Dione. Duc.

p. 481 v. 17. εἰπὼν "ὦ Ζεῦ] iambus erit, ait Sylburgius, si legamus ὦ Ζεῦ θεοὶ θ' οἷος τεχνίτης ὄλλυμαι. sed apud Suetonium absque metro est. Duc.

p. 485 v. 13. ἱππεὺς] Dio seu Xiphilinus ἱππεύς τε, ubi Sylburgius emendat ἱππεύς τις. Duc.

p. 487 v. 16. εἷς τις] Vibius Crispus.

p. 488 v. 1. χιλίας] hoc loco me Vilhelmus Xylander, iuvenis ingenio et doctrina praestans, admonuit, in posterioribus numeris τὸ μυριάδας repetendum, et pro χιλίας legendum δισχιλίας, ut ea summa confletur quam Tacitus ponit. W. — χιλίας mss Regii et Colberteus. Duc.

p. 489 v. 22. ἰθύνοντι] Τιβερίῳ Ἀλεξάνδρῳ Josephus.

p. 492 v. 3. Κελτὸς] ita duo mss Regii et Colberteus. at interpres in altero ex iis quibus usus est codice [B] Κελετὸς legi monet, quasi esset nomen proprium non nationis sed viri. Duc.

p. 494 v. 19. πλὴν τοῦ Μουσωνίου] vide Scaligerum ad Eusebium pag. 201, 2. edit. Duc.

p. 496 v. 9. δοθέντα] Xiphilinus seu Dio inde emendandus, qui βεβαιωθέντα habet, ex Suetonio: *beneficia a superioribus concessa principibus* etc. Duc.

p. 496 v. 21. ὄρος τὸ Βέσβιον] ita Dioni appellatur: Constantino lib. 2 de Themat. cap. 11 Οὐεσούβιος. Duc.

p. 498 v. 12. Ἀνεγκλήτῳ] ita etiam tres mss: quem nostri vulgo Anacletum vocant, quasi istius pontificis Romani nomen affectatione quadam efferendum crediderit Zonaras. sic porro scriptos Eusebii codices praeferre monet Henr. Valesius ad lib. 3 cap. 13. Duc.

p. 499 v. 15. pro τῇ ἀδελφῇ Ἰουλίᾳ *alter codex* [B] *habet* ἀδελφιδῇ, *fratris filia: et sic legendum esse ex Suetonio constat.* W. — ita etiam legitur in Regiis et Colberteo. Duc.

p. 500 v. 21. Νασαμῶνας] vide Scaligerum ad Eusebium pag. 203, 2. edit. Duc.

p. 501 v. 13. σοφιστήν τινα] Curiatium Maternum.

p. 506 v. 22. ἀδελφιδῆν] vide Cujacium lib. 8 Observ. cap. 28 Duc.

p. 510 v. 7. Ῥωμαίοις ὑπήκοος γέγονε] addit Lactantius in lib. de mortibus persecutorum n. 23, Trajanum *Dacis assidue rebellantibus censum poenae gratia victorem imposuisse.* Duc.

p. 510 v. 9. ποταμὸν] Xiphilinus τὸν ποταμὸν τὸν Σαργετίαν.

p. 510 v. 19. εἷς δέ τις ἑταῖρος] Βίκιλις Xiphilinus.

p. 513 v. 13. Σελινοῦντα] vide Cujacium lib. 27 Observ. cap. 3. Duc.

p. 515 v. 1. Τατιανὸς] corrupte apud Xiphilinum Ἀττιανός. *Tacianus* apud Vopiscum, tametsi id nominis varie efferri in codd mss observet Casaubonus. Duc.

p. 515 v. 3. προσγενῆ] Adrianum consobrinum Traiani fuisse scribit Spartianus. Duc. P 23

p. 515 v. 16. ταῖς δὲ σῖτον καὶ ἔργα καὶ χρήματα καὶ τιμὰς δούς] Wolfius ἔργα *munera* vertit: malim *opera*, ut publica intelligantur, quae civitatum utilitati construenda curabat Traianus. Duc.

p. 516 v. 9. συνδικάζουσι] ita mss codd: et recte: neque enim video cur vocem asterisco notarit interpres; quippe συνδικάζειν dicebantur duo consules qui una iudiciis praeerant, quibus intererat Adrianus. Duc.

p. 516 v. 14. τοῖς ὄφλουσι] Spartianus: *ad colligendam autem gratiam nihil praetermittens, infinitam pecuniam quae fisco debebatur privatis debitoribus — remisit.* id porro tum actum innuit Zonaras, cum Romam venit: quod hausit ex Dione. Duc.

p. 517 v. 9. Ἀδριανοῦ θήρας] Spartianus: *oppidum Adrianotheras in quodam loco, quod illic et feliciter esset venatus et ursam occidisset aliquando, constituit.* Duc.

p. 517 v. 10. Πομπήϊον] de Pompeii M. tumulo vide Salmasium ad Spartianum in Adriano. Duc.

p. 519 v. 11. Σευηριανὸν] *Servianum sororis virum nonagesimum iam annum agentem, ne sibi superviveret, mori coegit. quasi* scilicet *affectatorem imperii,* uti narrat Spartianus. Duc.

p. 520 v. 3. Σίμιλις] Σίμιλος Symeoni Logothetae in Chronico ms et Cedreno, qui Latinis *Similis.* Duc.

p. 520 v. 9. καὶ τάξει] alter codex non habet. ordinem autem sive dignitatem militarem hic significari arbitror: quae cum in praefecto praetorio summa fuerit, redundare puto hoc additamentum. W. — ἡλικίᾳ καὶ τάξει: ita Reg. et Colb. Duc. — et Dio.

p. 520 v. 15. βιοὺς μὲν ἔτη τόσα] vide Gloss. med. Graecit. in τόσος. Duc.

p. 521 v. 7. Ἄννινον Βῆρον] ita etiam Xiphilinus; sed legendum Ἄννιον censet Sylburgius, quem consule p. 992. Duc.

p. 524 v. 12. ἐν ἀπορίᾳ . . . ἀργυρίων] ita reposuimus ex codd. Reg. et Colb., cum Wolfius ἀργυρίου edidisset, qui ita ex ingenio emendavit, ut et infra pro ἀθροίσας ἀργύρια, ἀργύριον reponendum censet. certe infra in Didio Iuliano ἀργύριον numero singulari pro *pecunia* usurpat Zonaras. Duc.

p. 525 v. 8. ναός] eadem habet ex Dione Xiphilinus. de templo Cyziceno consulendus Leo Allatius ad Philonem de septem orbis miraculis. Duc.

p. 526 v. 13. *καὶ πρὸς τὸν εὐσεβῆ Ἀντωνῖνον*] sic etiam Eusebius lib. 4 cap. 13, sed d. Marco reponendum contendit Valesius. hunc consule. Duc.

p. 526 v. 19. *φιλοσόφου*] [nam apud Wolfium titulus *αὐταρχία Μάρκου Ἀντωνίνου τοῦ φιλοσόφου*] ita in Zonarae ms marginibus et in Capitolini libris veteribus scribitur, tametsi, inquit Casaubonus, *philosophi* appellatio inter M. Antonini titulos nullibi occurrat, seu in veteribus inscriptionibus, seu in nummis, adeo ut recentiorum scriptorum inventum sit: licet philosophiae potissimum studium impendisse tradant scriptores. Ioannes Antiochenus *ἐκτήνει δὲ τῶν φιλοσόφων τοὺς ἀπὸ τῆς στοᾶς, καὶ ἦν ἄρα ἐκείνων μιμητής, οὐ μόνον κατὰ τὴν τῶν διαιτημάτων ἐπιτήδευσιν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν τῶν μαθημάτων σύλληψιν.* Duc.

P 24 p. 529 v. 11. *κεραυνοβόλον*] ex Xiphilino. *legionis* 12 *fulminatricis* non semel habetur mentio in veteribus *inscriptionibus* apud Gruterum. Duc.

p. 531 v. 7. *αὐτοκράτωρ προσηγορεύθη τὸ δέκατον*] ita infra in Commodo *αὐτοκράτωρ τὸ ὄγδοον*. toties quippe imperatores acclamabantur, quoties hostes vicerant aut certe expeditiones bellicas susceperant. Duc.

p. 533 v. 1. *ἀπέκτεινεν*] domesticas Commodi caedes diversi generis, quas separatim exposuerat Dio, unde sua hausit Zonaras, Xiphilinus in unam periodum congessit. Duc.

p. 533 v. 5. *Κλαύδιος Πομπηϊανὸς*] hunc Quintianum vocat Ammianus lib. 29 de Commodo: *adeo ut post intestina pericula multa et varia, alter in amphitheatrali cavea, cum adfuturus spectaculis introiret, a Quintiano senatore, inlicitae cupidinis homine, ad debilitatem paene pugione vulneraretur*. ita etiam hunc vocat Herodianus. at Lampridius et Xiphilinus Pompeianum cum Zonara nominant. vide Henr. Valesium ad Marcellin. Duc.

p. 534 v. 20. *βουλείας*] *senatum* vertit interpres: malim *senatorias dignitates*; atque ita reposui, quod et quae mox sequuntur satis suadent, *καί τινες πάντων ὧν εἶχον τὸ βουλευταὶ γενέσθαι ἐπρίαντο.* Duc.

p. 535 v. 13. *ἡ δαίμων ἐς ὕστερον ἐνομίσθη*] ita etiam Reg. et Colb. mss: ubi alter Wolfianus codex *ἡ δαίμων, ὡς ὕστερον ἐνομίσθη*, *sive dea, ut postmodum est creditum*. Duc.

p. 536 v. 10. *Ἀμαζόνιος*] ex Dione hausit Zonaras, cujus mensium Commodianorum ordinem et significationem pluribus expendit Salmasius ad Lampridium p. 119. Duc.

p. 542 v. 20. *Μεδιόλανα*] ita infra semel ac iterum, et Symeon Logotheta in Chron. ms. Dio et Xiphilinus *Μεδιόλανον*. *Mediolanus* apud Marium Aventicensem. Balsamon ad Can. 61 concilii Carthag. *παρὰ τῶν Μεδιολάνων*. vide Scaliger. ad Eusebium p. 233. Duc.

p. 543 v. 4. *ὅμως πολλῶν ὑπεσχημένων τοῖς στρατιώταις*

παρὰ τοῦ Ἰουλιανοῦ ἐκεῖνον προετιμήσαντο]. quae verba sic expressit interpres: *Iulianus, quamvis ab altero magna pecunia promissa, est praelatus.* immo horum sensus est, uti edi curavimus, multa pecunia a Iuliano militibus promissa, eundem praelatum; quod et diserte ait Dio, et ex eo Xiphilinus, a quo sua hausit Zonaras: qui scribit in hac imperii auctione ducentis in singulos milites aureis a Sulpiciano promissis, alteros quinquaginta adiecisse Iulianum. Duc.

p. 549 v. 17. ὁ μὲν γὰρ etc.] in versione hic quaedam immutavimus: Wolfius scripserat, *sed quia Albino imperatoriam maiestatem flagitanti vel Caesaris honorem negabat* etc. alius enim est sensus ex Dione: quippe cum Albino promissam Caesaris dignitatem negaret, tum is imperatorem sese appellavit. Duc.

p. 550 v. 2. ὡς ὑπὸ χοϱολέκτῃ] Dio ὥσπερ τις ἀκριβῶς χορὸς δεδιδαγμένος. occurrit haec vox apud Pollucem. Duc.

p. 552 v. 10. ἔθνος] Wolfius *gentem:* emendavimus *provinciam.* vide Gloss. med. Graecitat. Duc.

p. 555 v. 20. μὴ ἀμελεῖτε] ita tres mss: at omittitur negativa apud Dionem, ut sensus sit *caeteros omnes contemnite.* Duc.

p. 558 v. 18. τῶν ἐξαπλῶν] vide Henric. Valesium ad Eusebii Hist. lib. 6 cap. 16, ubi observat praeterea quae sequuntur ex eodem Eusebio descripsisse Zonaram. Duc. P 25

p. 562 v. 11. τὰς ψυχὰς ἐπῳδαῖς ἀναγαγεῖν] Dio unica voce ἐψυχαγώγησε. Duc.

p. 564 v. 14. Μαῦρος τυγχάνων ἐκ Σικελίας] ita in quibusdam Dionis excerptis mss legi annotat Casaubonus. Xiphilinus ἀπὸ Σικελίας Καισαρείας habet. vide coniecturam eiusdem Casauboni ad Macrinum Capitolini. Duc.

p. 579 v. 8. Πομπηϊανόν] Maximo et Albino Publium successisse scribit auctor Chronici Alexandrini, huicque Gordianum seniorem. is autem Publius Maximus Balbinus Pupienus vocabatur, quem eundem esse cum Pompeiano Zonarae putat Casaubonus. is vero, Pompeianus Civica, consul fuit cum Gordiano secundum: cuius consulatus mentio est in veteri inscriptione nuper edita a Thoma Reinesio [Syntagm. p. 633]

Θ. Κ.
ΑΝΤΩΝΕΙΑ ΜΟΤCΑ
ΚΑΙ Μ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC
ΑΛΚΜΑΝ ΦΙΛΟCΟΦ.
CΤΟΙΚΟC ΑΝΕΘ.
Π. Τ.
ΑΤΤ. ΚΑΙC. Μ. ΑΝΤΩΝΙΩ
ΓΟΡΔΙΑΝΩ ΤΕ (scrib. B)
ΚΑΙ ΠΟΜΠΗΑΝΩ
ΚΙΟΤΙΚΑ ΚΟC.

huius Pompeiani gentilis fuit Sextus Vetulenus Civica Pompeianus consul cum L. Câionio Commodo anno u. c. 888 [889]. Duc. M. Clodius Pupienus Maximus, quem sic nominatum fuisse nummi docent, a Graecis scriptoribus *Maximus*, a Latinis *Pupienus* appellari solet. Maximum eundem esse quem Pupienum Iulius Capitolinus sero suspicatus est, cum in vita Maximini iunioris c. 7 scripserit "nisi forte idem est Pupienus qui et Maximus" (cf. eiusdem vita Maximi et Balbini c. 18). Zonaras igitur quos modo Maximum et Albinum nuncupavit, eosdem nunc Pompeianum (i. e. Pupienum) et Balbinum appellare videtur.

p. 579 v. 13. *παρεσιώπησα καὶ αὐτός· οἱ δ' ἕτερόν τινα μεθ' ὃν*] locus hic est mutilus in tribus codicibus: quare tria illa verba *οἱ δ' ἕτερόν τινα* omisi. W. — revera desunt in codd. Reg. et Colberteo. Duc.

p. 582 v. 17. *Μάρκον*] Marci et Severi *Hostiliani imperii* memoria uni Zonarae debetur, ut pridem observatum a viris doctis. posteriorem *Stylianum* perperam vertit Wolfius, divulso a voce *ὁ*. corrupte enim *'Ιουστιλιανὸς* appellatur apud Cedrenum, qui Marci pariter meminit, sed in annis utriusque imperii mirum in modum peccat [T. I p. 451 ed. Bonn.]. Duc. de Severo Hostiliano cf. Eckhelii Doctrina numorum vol. VII pag. 351.

p. 583 v. 17. *Εὐγενίας*] vide Casaubonum ad Hist. Augustam p. 201, 2 edit. Duc.

p. 584 v. 2. *Μαρῖνος*] istius Marini praeter Zonaram meminit etiam Zosimus [p. 23 v. 4 ed. Bonn.]: cuius caeterum vix alibi mentio occurrit. Duc. de nummis Philippopoli Thraciae signatis, quibus inscriptum *ΘΕΩ ΜΑΡΙΝΩ*, v. Eckhelii *Doctr.* num. vol. VII pag. 373.

p. 584 v. 23. *Φιλιππούπολιν ὀνομάσας*] vide observata a Scaligero ad Eusebium pag. 245, 2 edit. Duc.

p. 589 v. 13. *ὡς μηδὲ τὰ σώματα*] ita Victor in Epitome. Lactantius de mortibus persecut. n. 4 'de Decio "*circumventus*
P 26 *a barbaris et cum magna exercitus parte deletus, nec sepultura quidem potuit honorari, sed exutus ac nudus, ut hostem dei oportebat, pabulum feris ac volucribus jacuit.*" Duc.

p. 590 v. 12. *ἐπὶ πεντεκαίδεκα*] Nicephorus habet *πεντήκοντα*, errore librariorum, ut arbitror. W.

p. 593 v. 7. *ὡς 'Αθηναίους*] vide Scaligerum ad Eusebium p. 215. Duc.

p. 594 v. 13. *'Αντιόχειαν*] id sub initium Gallieni Marcellinus libro 23, capto scilicet Valeriano, ante ipsam vero infelicem pugnam accidisse scribit Trebellius Pollio in triginta tyrannis. vide Henricum Valesium ad Ammiani lib. 23 p. 258. Duc.

p. 596 v. 20. *Αἰρούλοις*] ita mss codd, ut *Aeruli* in regio codice Ammiani, ut monet Henr. Valesius: quos alii *'Ελούρους* vocant. lexicon ms *Αἴλουρος· ῎Ελουρος δὲ ἔθνος, ψιλόν*. Duc.

p. 597 v. 14. *Ποστοῦμος*] ita Zosimo appellatur, Victori et Eutropio *Postumus*, Trebellio et in nummis *Postumius*. Duc. immo Postvmvs et in nummis et apud Trebellium in libris melioribus. Casauboni errorem editores Zosimi propagaverunt.

p. 598 v. 19. *παρὰ Μακρίνου*] quem, ut et filium, *Macrianum* appellat Trebellius Pollio. Duc. certe in editis: nam in mss est *Macrinus:* item in Dionis continuati excerptis, Scriptorum veterum novae coll. II p. 235 "*Μακρῖνος κόμης τῶν θησαυρῶν καὶ ἐφεστὼς τῇ ἀγορᾷ τοῦ σίτου ἐπειδὴ καὶ τὸν ἕνα πόδα ἐπεπήρωτο*" etc. et p. 239.

p. 599 v. 15. *ὑπέλαβον*] id enim signum erat defectionis et deditionis. Pacatus in Panegyr. ad Theodosium "*aliquanto melius manus illa consuluit, quae submissis precabunda vexillis petiit veniam necessitatis*" etc. vide Lucanum lib. 6, Orosium lib. 7 cap. 36, Ammianum lib. 26 etc. Duc.

p. 604 v. 2. *Κλαύδιος δὲ*] haec de Claudii iustitia verbis Petri Fabri Saniorani lib. 1 Semestr. cap. 25 reddidimus [Claudius vero cum vir bonus iustitiaeque sectator esset, interdixit ne ultra quisquam bona aliena ab imperatore peteret. receptum id enim moribus erat, imperatores etiam aliena donare; quandoquidem idem ius rei publicae stanti per leges fuerat], cum horum sensum vix ceperit interpres, et quae salebrosa agnovit Henricus Valesius ad Dionis Excerpta p. 208. ea vero de optimo quodam auctore sumpta existimat idem Faber, et vocem *ἀλλότρια* sive *aliena* hoc loco intelligi non debere omnia quae privatus quisque iure dominii pertinet. nam quis, inquit, fando unquam audivit, ea vel peti solita esse vel ab imperatore olim donari potuisse? nisi forte quod multo ante in Asia factitasse Antonium scribit Plutarchus, id imperatoribus usu venerit. quod quidem Fabro non placet, qui pertinere edictum istud putat ad titulum de Petitionibus bonorum sublatis: ita ut aliena intelligi debeant ea scilicet quae reorum quidem sed indemnatorum adhuc et viventium bona sunt, itemque caduca seu vacantia: immo vero etiam damnatorum et proscriptorum bona, quae tamen fisco nuntiata, nondum addita seu incorporata sunt, cum haec quoque aliena quodammodo esse videantur. Duc.

p. 605 v. 17. *Κυντιλιανὸν*] quem *Quintillum* vocat Trebellius Pollio, ut et Vopiscus in Aureliano: *Κύντιλλον* Zosimus lib. 1 [c. 47, p. 42 ed. Bonn.]. Duc.

p. 606 v. 1. *ἑπτακαίδεκα μόνας ἡμέρας*] ita etiam Pollio: Victor paucis diebus imperium tenuisse Quintillum ait. Duc. Zosimus *ὀλίγους μῆνας*, quem ex Zonara correxit Casaubonus: sed nummorum varietas maior est quam pro paucis diebus.

p. 607 v. 6. *ἣν ἔνιοι μὲν εἰς Ῥώμην*] locum hunc Zonarae expendit Scaliger ad Eusebium p. 239, 2 edit. Duc.

p. 607 v. 18. *καὶ τῶν ἔξωθεν φερομένων*] quibus verbis

frumentarium describit, ut observat Casaubonus. vide Gloss. med. Lat. Duc.

p. 608 v. 3. μηνῶν ὀλίγων] sic mss. "*minus paucis diebus*" Vopiscus. Duc.

p. 608 v. 7. τὸ στρατιωτικὸν] atqui Tacitus imperator a senatu electus, non a militibus, ut scribit Vopiscus: neque eorum sententia requisita, tametsi praefectus urbis Aelius Caesianus sic exercitum est allocutus in campo Martio "*vos sanctissimi milites, et sacratissimi vos Quirites, habetis principem quem de sententia omnium exercituum senatus elegit, Tacitum dico, augustissimum virum*" etc. Duc.

p. 610 v. 20. τοὺς οἰκείους υἱοὺς] hinc in legum aliquot Cari inscriptionibus "*Impp. Carus Carinus et Numerianus AAA*": quod observatum a Casaubono, qui id Zonaram a probo quodam auctore accepisse existimat. Duc.

p. 611 v. 8. Γαλάτης] id est *Gallus*, inquit Casaubonus ad Vopiscum in Caro, qui illius patriam incertam fuisse ait, et
P27 Romae natum videri vult. at uterque Victor et Sidonius Narbone genitum scribunt. Wolfius *Galata* verterat. Duc.

p. 615 v. 3. Κώνσταντα] ita Zonaras *Constantem* perpetuo vocat, quem alii Constantium: quemadmodum etiam Constantinus Porphyrogenitus lib. de adm. imp. cap. ult., et Menaea XXI Maii. Duc.

p. 615 v. 12. τινῶν Γεντιανῶν] vide Scaligerum ad Eusebium p. 243, 2 edit. Duc.

p. 617 v. 9. ἀλλὰ προσκυνεῖσθαι] id ipsum narrant Eutropius (cuius interpretem Paeanium hic exscripsit, ut alibi saepe, Zonaras), Aurelius Victor et Eusebius in Chronico: atque adeo Ammianus lib. 15 "*omnium primus extero ritu et regio more instituit adorari, cum semper antea ad similitudinem iudicum salutatos principes legerimus.*" Duc. cf. T. I. Praefat. pag. XV.

p. 618 v. 2. τοὺς δὲ τύχης ἰδιώτιδος] Eusebius lib. 8 cap. 2 τοὺς δὲ ἐν οἰκετίαις ἐλευθερίας στερεῖσθαι. Duc.

p. 618 v. 11. ἐν Νικομηδείᾳ] ubi palatia construxerant imperatores ante Diocletianum, ut indicat Socrates lib. 1 Hist. eccl. cap. 6. vide nostram Constantinopolim lib. 4 sect. 13 n. 4. aliud palatium praeterea Nicomediae aedificavit Constantinus Heraclii filius. Niceph. CP. Duc.

p. 621 v. 16. ὁ μὲν γὰρ Εὐσέβιος] Eusebius lib. 8 cap. 13 et in Oratione Constantini ad sanctorum coetum cap. 25, ub consulendus Valesius. vide praeterea Lactantium de mortibus persecutorum cap. 42. Duc.

p. 624 v. 2. τὸν Λικίννιον] scribit Anonymus in vita s. Basilei archiepiscopi Amazeni n. 5 et 6 Licinium simulasse se esse Christianum, ut Constantiam Constantini M. sororem in uxorem obtineret, et adepto imperio in oriente ad vomitum rediisse. certe

Constantinus Christianismum amplexus fuerat ante initum inter Licinium et Constantiam matrimonium anno 313. verum scribit Lactantius in libro de mortibus persecutorum n. 46 47 et 48, aliquanto post initas cum sorore Constantini nuptias, ac cum Maximino congressurum, somno monitum Christum invocasse, dedisseque litteras ad provinciarum praesides de restituendis Christianis ecclesiis, Constantino et ipso III coss. Duc.

p. 628 v. 12. *Καλανδίων*] Wolfius *Καλανδίων* perperam ediderat: ita enim a scriptoribus passim appellatur. Duc.

CORRIGENDA.

p. 29 v. 4 *lege* *συμμαχουμένοις*. p. 65 v. 5 *αὐθημερὸν*. p. 79 v. 27 Plutarchi. p. 123 v. 18 *ἀπαίρειν?* p. 128 v. 24 *ψευδαυτομόλους*. p. 183 v. 4 *οἰκεία*. p. 203 v. 8 *προθυμότερον*.

LIPSIAE,
IMPRESSIT B. G. TEUBNER.

3696 59

3 2044 025 985 623

DATE DUE

DEMCO, INC. 38-2931